




In Micham prophetam D. Martini Luth. comme[n]tarius

<https://hdl.handle.net/1874/428468>



**Dit boek hoort bij de Collectie Van Buchell
Huybert van Buchell (1513-1599)**

Meer informatie over de collectie is beschikbaar op:

<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

Wegens onderzoek aan deze collectie is bij deze boeken ook de volledige buitenkant gescand. De hierna volgende scans zijn in volgorde waarop ze getoond worden:

- de rug van het boek
 - de kopsnede
 - de frontsnde
 - de staartsnede
 - het achterplat

**This book is part of the Van Buchell Collection
Huybert van Buchell (1513-1599)**


More information on this collection is available at:

<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

Due to research concerning this collection the outside of these books has been scanned in full. The following scans are, in order of appearance:


- the spine
- the head edge
- the fore edge
- the bottom edge
- the back board











Biblia et interpretes
K 108 fol. N^o 7
Octavo N^o. 155.

no. 200. b. 10. fol. 10.
qu. 1000 m. n. p. 1.
ges. 2000 e. 1000.
1000 t. 1000 a. 1000.
1000 q. 1000 u. 1000.

20 ac epa. 20

20 20 20

20 20 20

20 20 20

20 20 20

20 20 20

20 20 20

20 20 20

20 20 20

20 20 20

20 20 20


20 20 20

20 20 20

20 20 20

20 20 20

20 20 20



N. II. B.

IN
MICHAM PROPHE-
TAM D. MARTINI LVTH. COM-
mētarius, opera & studio M. Viti
Theodoriconcionatoris No
ribergen, & collectus
& diuulgatus.

Ex dono Büschū.

Addidimus eiusdem D. Lutheri doctissimas enarratio
nes in Cantica Canticorum, cum Indice
diligentissimo.

B A S I L E A E
M. D. XLIII.



АНДРЕЙ МАКОВСКИЙ
СКАЗКА О ЧЕРНОМ ЛОВЧЕ

СЛОВО ПРО СОСЕДА

СЛОВО ПРО СОСЕДУ

СЛОВО ПРО СОСЕДУ

СЛОВО ПРО СОСЕДУ

СЛОВО ПРО СОСЕДУ

НА ЗАПЯТЬ

СЛОВО ПРО СОСЕДУ

REVERENDISSIMO

DOMINO NICOLAO AMSDOR-
fio, Episcopo Ecclesie Numburgensis in Tu=

ringia, doctrina & pietati præstanti,

Vitus Theodorus, concionator

Ecclesie Noribergen-

sis, S. D.



AEpe mihi cogitanti de Ecclesie
gubernatione, uenit in men-
tem dulcissimæ imaginis, qua
filius Dei pingit & suum mu-
nus & ministros, recitans hi-
storiæ de Samaritano, qui sau-
ciatum à latronibus semianimum & fuit ipse, &
transuexit in diuersorum, ac curari iussit.

Incidit enim natura hominis in seuisimos latro-
nes, à quibus crudeliter & uulnerata & spoliea est.
Et iacentem in uia, hoc est, oppressam naturam hor-
rendis calamitatibus præterierunt sacerdos & leui-
ta, hoc est, Mosaicæ legis, & sapientiæ humanae do-
flores, nihil opis genere humano attulerunt.

Sed hospes interuenit Christus, is erigit semiani-
mes, abluit uulnera uino, & infundit saluberrimum

E P I S T O L A

oleum. Et cum sarcinam grauem nostrorum criminum suo corpori imposuisset, transuehit ægros in diuersorum, hoc est, in Ecclesiam. Ac præcipit familie hoc est, doctoribus Euangelij, ut curationem administrent. Quid dulcius cogitari potest, quam si consideres expressam in hac imagine benevolentiam filij Dei erga genus humanum?

Sed rursus cum oculos ad diuersorum refro, & video omnia plena esse horribilium morborum, & curationem difficultem, periculosam, medicos dissimilimos, tum uerè cohorresco toto corpore, qualem nos, qui nunc docemus Ecclesijs, Germaniam accipimus curandam: sœuissimis profecto morbis conflictantem.

Nam ut de singulorum uitijs non dicam, quanta sunt impedimenta curationis, tyrannides eorum qui Euangeliu aduersantur? Epicureus contemptus uerae religionis in populo, calumniæ impiorum doctorum, Eccij, Pygij & similium, qui deterrent animos imperitorum à pura doctrina, petulantia ingeniorum in sciolis, qui non desinunt conturbare limpidos fontes Euangelij, quod sonat in Ecclesijs nostris. Nos interim uerè ut Christus inquit, pusillus grex, quid proficere curando, hoc est, monendo, ac docendo possumus? Si humana iudicia consulimus, nos furori tam multorum pauculi, spreti, imbecilles obsistere nō possumus.

Sed

NVNCPATORIA.

Sed me confirmat in nostro munere filius Dei, qui
hoc suum diuersorum semper eodem ferè modo per
imbecilles gubernauit. Elegit Deus, ut inquit S. Paulus,
infirma mundi, ut pudefaciat fortia. Non igitur
deseramus stationem nostram. Nam & ipse filius
Dei pollicetur se nobis adfuturum esse. Ego, inquit,
uobiscum sum usq; ad consummationem seculi.

Sed tamen alia tempora alijs lætiora sunt & tran-
quilliora. Interdum habuit orbis terrarum pios prin-
cipes qui uerae doctrinæ propagationem adiuuerunt,
ut Constantimum, Theodosium. Nunc non solum Tur-
cica barbaries gerit arma aduersus Christi nomen,
sed etiam multi reges ac principes titulo Christiani,
graffantur in Christi membra, & puram Euangelijs
lucem opprimere & extinguere conantur.

Fuerunt olim Episcopi duces reliqui coetus con-
tionatorum, qui & eruditione & autoritate consen-
sum recte docentium tuebantur. Nunc Episcopi, qui
sunt satellites Romani Pontificis, non modo non iu-
uant curationem piorum in diuersorio Christi, sed lat-
trocinium exercent ipsi, defendunt turpisimos erro-
res ac manifestè contumeliosos aduersus Deum, i-
dolomanias in invocatione Diuorum, & in prophes-
natione coenæ Domini, uagas libidines & multa ma-
nifesta deliramenta, interficiunt pios melius sentientes.

EPISTOLA

Hac neq; obscura sunt , neq; excusari à uerecundiis illo modo possunt,nisi quod prætextitur ineptatio,quod sapientes & politicos uiros deceat,non γνωμαιχεῖν, nec à communi consensu potentiorum discedere. Hæc philosophia habeat alibi suum locum, non stabilitat errores contumeliosos aduersus Deum. Nos enim regulam in Ecclesia aliam habemus , quæ sic præcipit. Si angelus de celo aliud Euangelium docuerit, anathema sit. Deserendus & execrandus est, ac fugiendus tanquam ῥάβδος μυστηρίου, qui defendit εἰδώλου μυστηρία, et bellum gerit cum primo præcepto. Ego sum Dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Aegypti,Ergo Episcopos illos hostes Christi, non solum relinquamus, sed etiam tanquam ἀλαζογæs, pollutos idolomania & cedibus piorum execremur. Si qui uero sunt in eo cœtu sanabiles, hos hortemur, ut se à cæterorum sententijs & consilijs seiungant , & incipient gloriam Christi illustrare , & saluti suæ ac Ecclesijs consulere. Utinam etiam pij principes Collegia repugnarent,& idoneos Episcopos præficerent. Nam hoc officium haud dubie Deo debent. Sicut scriptum est : Aperite portas principes uestras, & tollantur portæ mundi,ut introeat rex gloriæ.

Cum igitur tibi reuerendissime Episcope , aus-
dissim commendatam esse hanc gubernationem ,
 quam

N V N C V P A T O R I A

quam nunc administras, non potui non probare exemplum. Te quidem scio alienissimum esse ab ambitione, & cum naturæ moderatione, tum uero iam senecta & laboribus consecutum amare tranquillitatem, ac de tuo potius solere alijs cedere, quam cum quoquam rixari. Intelligo et hoc, subiisse te molestum onus & inuidiam. Sed animum tuum laudo, quod Ecclesiæ causa potius has difficultates adeundas esse censuisti, quam locum concedendum alteri inimico pure doctrinæ Euangeli. Si ceteri principes uerè uolent consulere suis Ecclesijs, tandem imitari eos hoc exemplum oportebit.

Nam quod disputant aduersarij tui de Canonica electione, uerborum præstigijs ludunt. Tot iam seculis nulla fuit Canonica electio, sed uel principum ambitione, uel conspiratione aliquorum potentum, per manus daturæ sunt hæ prouincie, uel Romæ emptæ, spretis ueteribus & nouis Canonicis. Doctrine uero Christiana & gubernationis eius, que propriæ est Ecclesiastica nulli proorsus est habita ratio. Hæc quæ narro ita manifesta sunt, ut nemo quamvis impudens & effrons negare ea posset. Vtinam Ecclesijs restituant Canonicam suffragationem, quæ non est unius tantu' ordinis, sed eruditoru' honestoru', pioru' ex omnibus ordinib. Nunc Ecclesiæ sunt oppressæ tyrannide à collegijs, in

E P I S T O L A

quibus etiam si qui sunt uiri boni, tamen uincuntur numero & audacia à malis. Erant igitur boni à cæteris ordinibus adiuuandi, ut gloria Christi illustraretur & saluti hominum consuleretur. Sed pellitur è medio sapientia, ui geritur res, in hac præsertim causa.

De electione palam uident aduersarij se nec ueteribus nec nouis legibus parere, sed ui retinendam censem possessionem potentiae & uoluptatum, ex qua excuti se uiderent, si ad leges ueteres electionis reuocarentur.

Sæpe stomachor obijci nobis neglectionem caronum, cum ueterum & utilium canonum præcepta multo plura sequamur, quam aduersarij. Ipsi suo arbitrio figunt & refiugunt diuinas & humanas leges. Imò ut de Solonis tabulas dictum est in Comœdia Attica, φρύγονοι καύχεταις κύρβεται, torrent farinam incensis legum tabulis. Sic aduersarij nostrí ante hæc tempora ueræ antiquitatis Ecclesiastice monumenta audacissime aboleuerunt. Vbi sunt ueteres scriptores fidei collegiorum commendati? Quid dissimilus quam collegia uetera hominum doctorum & piorum, & hæc sodalitia equitum, qui nunc perpetua orgia in collegijs amplissimis celebrant.

Quod igitur istic gubernatio tibi commendata est, pie & recte factum iudico, & deū precor, ut consilijs uestris

N V N C V P A T O R I A.

uestris faueat in tota emendatione quam instituisti,
ecclesiæ uicinæ erunt inspiciendæ, Pastores pij & ex-
ruditi querendi, iudicia constituenda, disciplina san-
tianda, excitanda studia literarum, & scholastici ino-
pes iuuandi erunt. Ad has res agēdas scio tibi nec con-
siliū nec uoluntatem deesse. Quare precor, ut deus ho-
nestissimos conatus uestros adiuuet.

Prodest autem Ecclesijs, nos qui docemus Euau-
geliū ostendere populo testimonia consensus nostri
ideò libenter nunc ad te scripsi, ut declarerem me sen-
tentia, animo & uoluntate cum Ecclesia tua coniun-
ctum esse.

Deinde quia te semper propter integritatem
tuam, & propter iudicij dexteritatem amavi, uolui
perpetuam erga te obseruantiam meam hac præfa-
tione significare, ac tui nominis auspicio, uiri clariſſi-
mi ac optimi D. Martini Lutheri præceptoris nostri,
quem merito ut patrem ueneror, dictata in prophe-
tam Micham publicare, quæ tamen ipſi recognoscen-
da prius misi. Iudico enim has enarrationes Ecclesiæ
etiam ad posteritatem profuturas esse, quia tanta est
eius in interpretandis prophetis dexteritas, ut nemí-
nem ei in hoc genere anteferre possumus.

Hanc laudem arbitror ei etiam ab aduersarijs fa-
moriibus concedi. Sed quoquo modo uel aduersarij,

EPISTOLA

uel homines liudi de eo iudicant, ego gratias Deo
ago, quod ex ad Euangelij agnitionem me uocauit, et
facultatem mihi præbuit, non solum audiendi uiuam
Lutheri uocem, sed etiam introspiciendi interiorem
eius uitam domestica consuetudine, plenam pietatis
& honestissimorum exemplorum. Ac uere & ex ani-
mo optarim ipsius hostibus omnibus, ita penitus in-
trospectam Lutheri uitam, ut mihi cognita est.

Basilius gratulatur sibi nutricis sue institutionem
que audierat Gregorium Neocæsariensem. Ait etiam
alicubi adhuc sibi Athanasij uocem ἐνοψευσθαι sonare
in auribus. Ita non dubito, quin & tu & multi alij
gaudeant se audiuisse Lutherum, & agnoscant eius
se doctrina profecisse. Scio Erasimum, et si uidebatur
ab eo alienior, tamen aliquando cuidam uituperanti
Lutherum dixisse stomachabundum. Non esse uituper-
andum hunc uirum, cuius pagina una in interpreta-
tione plus contineret solidæ eruditionis, ac plus lucis
adferret doctrinæ Propheticæ & Apostolicæ, quam
cuiusquam enarrationes ullius ætatis.

Quare admodum moleste fero interdum nobis
objici à maleuolis, nos non iudicio, aut ueris causis ad-
ductos esse ad amplectendam doctrinam, quam pro-
fitentur Ecclesiæ nostræ, sed quadam adulazione ni-
mum Luthero tribuentes. Satis multum est arrogan-
tie,

N V N C V P A T O R I A

tie, si putant nos omnes non aliter audisse Lutherum
quam ut est in apolo^go de asino. οντω τις μυθογελε=
γε, σολε τις ωτα, ενινε. Sed has calumnias refutabit
tempus ipsum. Ego hanc doctrinam, quam Ecclesiae
nostrae profitentur, non dubito naturam esse Euange=
lij uocem, & uere ipsam catholicæ Ecclesiae Christi
sententiam, necessariam ad ueram Dei inuocationem,
& salutem hominum. Ideo & ipse in hac sententia
acquiesco, & ceteros ad eam inuitare quan=
tum possum, propter gloriam Dei, &
hominum salutem cupio. Bene
uale, Noribergæ, Anno

15 42.

INDEX OMNIVM
EORVM, QVAE IN HISCE COM-
mentarijs digna uisa sunt annotatu, di-
ligentissimus.

A

- A** Bath 219 a Hierusalem 243 a
Abraham armis Affeclus Dei erga oran-
defendit Lot 126 b tes 287 a
Abscondere faciem quare affugat suos Deus
Achzab 41 b pag. 147 b
Achzib 41 b Ager 362 a
Ahab filius Amri 25 a Ahas quot annis regna-
Ahab impius rex 210 a rit 6 b
Adolescentulæ 351 b Alere debet Ecclesia mi-
Adolescentibus quare cā nistros 98 b
titorum liber prohi- Allusiones pulchræ in
bitus 356 b scripturis 36 b
Adullam spelunca 42 b Alma dicitur Ecclesia
Aduocati notantur 96 b pag. 140 b
Aedificare in sanguini- Aloē 338 a
bus 94 b Altaria unde 12 b
Aedificatio maceriarum Amanus mons 334 b
pag. 244 a Ambulare coram deo hu-
Aedificatio uera ciuitatis milem 297 b
Amor

I N D E X.

- | | | | |
|-------------------------|--------------|-----------------------------------|-------|
| Amor | 369 a | Annonæ difficultas unde
ueniat | 207 b |
| Amor sponsi | 312 a | Antichristus sedem in Ec- | |
| Amor iuuentutis | 311 b | clesia habebit | 88 b |
| Amor nemini cedit | 369 b | Antichristi Ecclesia | |
| Amor pondus omnium re- | | pag. | 198 a |
| rum | 370 b | Antitheses pulchræ in | |
| Amos sub quo rege pro- | | scripturis | 37 a |
| phetarit | 1 a | Anusa | 35 b |
| Amri rex | 24 b & 210 a | Aphar | 36 b |
| Anabaptistæ taxantur | | Aphra | 36 b |
| phibentes arma | 126 a | Aperire ostium | 342 b |
| Anathematum multitu- | | Apprehendere | 208 b |
| do | 27 a | Aqua multæ | 370 a |
| Angeli Ecclesiarum in | | Aquisgrani idolum | 27 a |
| Apocalypsi accusan- | | Arabum multitudo uaga | |
| tur | 182 b | pag. | 291 a |
| Angeli uocantur concio- | | Arbores | 337 b |
| natores | 176 b | Aromata | 338 b |
| per Angelos deus noluit | | Artaxerxes Longima- | |
| prædicari Euangeliū | | nus | 151 b |
| pag. | 175 b | Artaxerxis pietas prædi- | |
| Anima pro uoluntate | | catur | 149 |
| pag. | 354 b | Affur pro hoste Ecclesia | |
| Animorum uinculum u- | | pag. | 168 b |
| nicum | 225 a | Athnan | |

INDEX.

- | | | | |
|--|--------------|--|----------------|
| Athman | <i>25 b</i> | Auditores ueri uerbi | <i>333 b</i> |
| Auaritia cum tyrannide | | pag. | <i>333 b</i> |
| <i>coniuncta</i> | <i>79 a</i> | Auditores perpetui Christiani | <i>118 a</i> |
| Auaritia peculiaris la- | | Auen | <i>47 b</i> |
| <i>queus satanae</i> | <i>93 b</i> | Auertere faciem | <i>81 b</i> |
| Auaritia cum quibus uit-
tis crescat | <i>273 a</i> | Aularum pictura | <i>220 d</i> |
| Auaritia Papatus | <i>80 b</i> | Aulicus luxus | <i>79 b</i> |
| Auaritia quantum pecca-
tū in oculis dei | <i>78 b</i> | Auster | <i>338 b</i> |
| Auaritia obsedit omnes | | Auxilia & consilia homi-
num fallunt | <i>224 a</i> |
| <i>pag.</i> | <i>47 b</i> | Azab | <i>27 a</i> |
| Auaritia impiorū | <i>49 b</i> | | B |
| Auaritia pulcherrimis
colorib. depingitur | <i>218 a</i> | Aal sacerdotes | <i>19 a</i> |
| Auaritia hoēs pdit | <i>202 b</i> | Baal hamon | <i>374 a</i> |
| Auaritiæ incōmodū | <i>31 b</i> | Babylonij uenerunt ad co-
gnitionem dei | <i>148 b</i> |
| Auaritiæ magistri in au-
lis | <i>220 a</i> | Balac prophetam Bileā
cōducit ad maledicēdū | <i>188 a</i> |
| Auari seipsoſ spoliant | | Balsamum | <i>302 b</i> |
| <i>pag.</i> | <i>206 a</i> | | <i>(188 a)</i> |
| Auarorū crudelitas | <i>63 b</i> | Bamoth | <i>12 a</i> |
| Auarorum ſœua | <i>206 b</i> | Baptismus | <i>203 b</i> |
| Auaris minatur Deus ua-
statio | <i>269 a</i> | Basan | <i>253 d</i> |
| | | Bekudah | <i>283</i> |
| | | Bellum sanctificare | <i>85 a</i> |
| | | Bella | |

I N D E X.

- | | | |
|---|--|--------|
| Bella quare gerenda | Balac | 187 |
| pag. | | |
| Belligerari an liceat Christiano | Bileam conductus male- | |
| stiano | dicit | 201 b |
| Belsazer insolescit uictoria | Biblia sacra ediscenda | |
| ria | Blasphemi qua | (29 b) |
| Beneficium duplex | poena digni | 44 b |
| Beneficia uerbi | Bona præsentia negligi- | |
| mus | 344 a | |
| Beneficia eorum qui uer-
bum habent | Bona deum exigere à no- | |
| bis | 194 b | |
| Beneficia populi Iudaici | Boneh | 94 a |
| pag. | Boreas | 338 b |
| Beneficia Dei exprobrā-
tur Iudeis | Botri in uinea domini | |
| pag. | pag. | 215 d |
| Beneficia tria Iudeis | Bonis robur in cornibus | |
| præcipue exhibita | pag. | 150 b |
| Beneficia corporalia etiā
pij deo accepta refut- | Breuitas obscuritatē pa-
rit | 64 b |
| pag. | C | |
| Beneficus est deus | Ain securitas | 15 b |
| Bestie simplices | Calamitates quas pec-
cata meruerunt sunt | |
| Bether | pijs signa gratiæ | |
| Beth Ezel | Calamitates pœ- (235 b) | |
| Bethlehem | ne peccatorum 236 b | |
| Bileam conductus per | Calamitates | |

I N D E X.

- | | | |
|-------------------------------------|----------------------------------|---------------------------|
| Calamitates futuras do- | Capreae | 313 a &c 320 b |
| minum per prophetas | Caput summi in populo | |
| prædicere | pag. | 358 a |
| per Calamitates deus nos | Carmelus | 253 a |
| admonet | Carnis natura | 233 a |
| In Calamitatibus sanctifi- | Cazeb | 41 b |
| care nomen dei | Cedrus quæ in re laude- | |
| Caluo capiti aßimulatur | tur | 373 b |
| populus | Cera ad ignem | 13 b |
| Candor letitiam signifi- | Cerui | 313 a |
| cat | Charitatis ignis | 330 b |
| Canon quomodo Cantori- | Christus ab æterno Dei | |
| corum liber sit intelli- | filius | 272 a |
| gendus | Christus æqua &c com- | |
| Canticum Cantorum | munis omnium pos- | |
| pag. | sesio | 128 |
| Cantica in sacris literis | Christus dominus | 155 b |
| pag. | Christus uocatur perru- | |
| Capilli ordines Leuitarū | ptor | 72 a |
| pag. | Christus non cernitur o- | |
| Capilli nigri | culis | 315 a |
| Capilli sacerdotes & Le- | Christus pastor | 69 a |
| uitæ | Christus uerus deus & | |
| Capillorum similitudo | homo | 73 b |
| pag. | Christus Ecclesiæ sue co- | |
| | siliarius | |

I N D E X.

- | | | | |
|----------------------------------|-------|----------------------------------|---------------|
| <i>filiarius</i> | 243 a | <i>civile</i> | 295 b |
| <i>Christus natura deus</i> | | <i>Cincinni</i> | 328 |
| pag. | 156 a | <i>Cinere conspergi</i> | 37 a |
| <i>Christus pascit et defen-</i> | | <i>Ciuitates uocari matres</i> | |
| <i>dit</i> | 160 a | <i>et filias</i> | 285 a |
| <i>de Christi diuinitate lo-</i> | | <i>Cæcitas et confusio poe-</i> | |
| <i>cus</i> | 73 b | <i>na pseudodoctorum</i> | |
| <i>Christi officium propriu</i> | | pag. | 87 a |
| pag. | 156 a | <i>Cogere</i> | 114 b |
| <i>Christi serui qui non</i> | | <i>ad Cogitationes hominu</i> | |
| pag. | 157 b | <i>deus respicit</i> | 50 b |
| <i>Christi regnum</i> | 163 b | <i>Colles in scripturis</i> | 282 b |
| <i>Christi regnum firmatu</i> | | <i>Collu sunt doctores</i> | 358 b |
| pag. | 112 b | <i>Concubine</i> | 351 b |
| <i>Christi regnum habet no</i> | | <i>Columba ecclesiæ figura</i> | |
| <i>uos cultus</i> | 115 a | pag. | 317 a |
| <i>Christi regnum in uerbo</i> | | <i>Columba ob munditiem</i> | |
| <i>tantum est positum</i> | | <i>laudatur</i> | 345 b |
| pag. | 372 | <i>Columba habet simplicis</i> | |
| <i>Christi regnum, regnum</i> | | <i>tatis laudem</i> | 302 b |
| <i>multitudinis</i> | 375 | <i>Columba in sacris literis</i> | |
| <i>Christum qui non audiunt</i> | | <i>semper laudatur</i> | 317 b |
| <i>non possunt scire uias</i> | | <i>Comam prescindere in</i> | |
| <i>domini</i> | 119 a | <i>luctu</i> | 43 b |
| <i>Ciceronis vox post bellu</i> | | <i>Concionatores falsi tas-</i> | |
| | | <i>b</i> | <i>xantur</i> |

I N D E X.

- | | | | |
|---|-------|--|-------|
| xantur | 83 b | re piis | 1 b |
| Concionatores in hono-
re habendi | 176 a | Consolatio contra peri-
cula | 309 4 |
| Concionatores quare
absq; fructu concio-
nentur | 214 a | Constantia prophetica
pag. | 227 b |
| Concionatorum contem-
ptus | 200 a | Contemptus uerbi æquo
animo ferendus | 7 b |
| Concionatorum pericula
ab amicis | 226 b | Contemptus dei et uers-
bi eius | 182 4 |
| Confundi in fortitudine
pag. | 256 a | Copher | 302 4 |
| Conscientiae testimonia
in pijs | 338 a | Cornua ferrea | 150 b |
| Conscientiae et spiritus
mutuum testimonium | 302 b | Corporalem locū Iudai
frustra expectant | 138 b |
| Consilia mundi | 143 b | Crater | 358 a |
| Consiliarius uocatur
Christus | 142 b | Credendum in deum non
in homines | 227 4 |
| Consilia regis Christi in
fallibilia | 144 a | Credentium opera deo
placent | 318 4 |
| Consilia recta instituere
dei donum | 199 b | Crudelitas principum in
subditos | 78 4 |
| Consolatio uerbi | 298 a | Crura | 347 |
| Consolatione opus habe- | | Crux carni dura | 342 b |
| | | Crux necessaria et utilis
pag. | 34 4 |
| | | Cultus dei | 45 b |
| | | Cultus | |

I N D E X.

- C**ultus dei ueri & boni
pag. 195 a
- C**ultus diuinos instituere
nemini permisum
pag. 18 a
- C**ultus dei summus 178 b
- C**ultus externi placent
propter internos 21 b
- C**ultuum ordo 21 b
- C**urui 387 b
- C**ustodes 322 a
- C**yrus à Daniele instituitur 149 a
- D**
- D**abar 6 a
- D**anielis & sociorū eius uirtus 150 b
- D**arius à Daniele instituitur 149 a
- D**auid calamitates 289
- D**auidis securitas 15 b
- D**ecor Ecclesiæ 140 b
- D**efensio 374 a
- D**entes 329 a
350 b
- D**entes candidi 329 a
- D**escensionis similitudo
pag. 12 a
- D**eserere dei 148 a
- D**eus salutis 229 a
- D**eus est populo suo mas-
lus 307 b
- D**eus quomodo inter suos
ueretur 302 b
- D**eus sol noster 332 b
- D**eus quo consilio non
affligat 147 b
- D**eus prius opprimit
quam liberet 158 b
- D**eus semper antequam
magnas calamitates
immittat, uerbo ad
poenitentiā uocat 2 a
- D**ei notitia ueræ diuitiæ
pag. 141 a
- D**ei consilium ante cala-
mitates 2 a
- D**ei imaginaria descri-
ptio 344 a
- D**eum 2

I N D E X.

- | | | |
|----------------------------|------------------|-----------------------------------|
| Deum habere etiam im- | | populū dentibus 84 ^a |
| pios | 230 b | Doctores impij qui adu- |
| Deum cum suis perpetuo | | latur principibus no- |
| loqui | 315 b | tantur 222 ^a |
| Deum satan facit crude- | | Doctores fideles 346 ^a |
| lem | 263 b | Doctorum officiū 330 b |
| Deos laneis pedibus in- | | Doctorum impiorū pœ- |
| gredi | 11 ^a | na 86 b 93 ^a |
| Diffidendum hominibus | | Doctoribus uerbi duo in- |
| non ubiq; | 224 b | cumbunt 214 |
| Dignitas ministerij | 168 b | Doctrina 374 ^a |
| Dij sunt sterilia ligna | | Doctrina impiorū 330 ^a |
| pag. | 307 b | in doctrina unitas & col- |
| Diligere misericordiam | | sensus 335 ^a |
| pag. | 197 ^a | Domus 323 ^a |
| Divinitatis Christi testi- | | Domus Iacob 56 b |
| monium | 137 ^a | in domo impij corrosio- |
| Divinorū nomina | 177 ^a | pag. 202 ^a |
| Doctor sit instructus | | Donum spiritus argues- |
| pag. | 330 b | re mundum & con- |
| in Doctore quid require- | | temnere pericula 92 ^a |
| tur | 329 ^a | Dona spiritus ubi sint |
| Doctores impij taxantur | | pag. 366 b |
| pag. | 48 b | Draconū ululatus 34 ^b |
| Doctores impij lacerant | | Ecclesia |

I N D E X.

- E
 Ecclesia contempta
 pag. 172 b
 Ecclesia duabus rebus
 opus habet 374 a
 Ecclesia munitur per uer
 bi ministerium 372 b
 Ecclesia in speciem non
 desiderabilis 290 b
 Ecclesia sine macula
 pag. 334 a
 Ecclesia undiq; cincta ho
 stibus 252 b
 Ecclesia dum uincitur uin
 cit 173 a
 Ecclesia hostibus nun
 quam carebit 173 b
 Ecclesia quantumuis af
 flicta, tamen trium
 phat 173 a
 Ecclesia dicitur alma
 pag. 140 b
 Ecclesia nomine gregis seu
 ouium habet 69 b
 Ecclesia libere omnes er
- rores damnat 133 b
 Ecclesia patiens & ani
 mosa est cum uersatur
 in suis rebus 133 b
 Ecclesia terribilis diabo
 lo 349 a
 Ecclesiæ uera descriptio
 pag. 155 b
 Ecclesiæ deum non defu
 turum 4 b
 Ecclesiæ caput Christus
 pag. 139 b
 Ecclesiæ spoliatores 33 b
 Ecclesiæ falsæ securitas
 pag. 202
 Ecclesiæ ministri an li
 ceat accipere mercedē
 pro opera 97 b
 Ecclesiæ forma ante E
 uangelij lucem 90 a
 Ecclesiæ hostes 167 a
 Ecclesiæ alias notas addi
 derunt papiste 249 b
 Ecclesiæ perpetua fortu
 na 233 b
 b 3 Ecclesiæ

I N D E X.

- | | |
|---------------------------|---------------------------|
| Ecclesiæ ueræ studium | nent aderunt perpetuo |
| pag. 298 a | pag. 132 b |
| Ecclesiæ calamitatibus | Ecclesiam doctorum in- |
| impij non afficiuntur | credibili penuria labora- |
| pag. 233 b | turam 58 b |
| Ecclesiæ uineæ compara- | in Ecclesia uarietas mi- |
| ta 212 b | nistrorum 373 a |
| Ecclesiæ notæ in spiritu | in Ecclesia diuersa offi- |
| & usu præstantissi- | cia 130 a |
| tissimo 249 b | Ecclesiarum spoliatores |
| Ecclesiæ & synagoge in | taxantur 201 a & b |
| nouo testamento col- | Ecclesiæ laborantes prin- |
| latio 248 | cipes pro facultatibus |
| Ecclesiæ habitatio 249 | adiuuent 152 a |
| Ecclesiæ ueræ notæ sunt | Ecclesiastes Salomonis |
| contemptibiles in spe | pag. 281 b |
| cie 249 a | de Ecclesiasticis bonis |
| Ecclesiæ ab episcopis ui- | querela 32 b (80) |
| sitandæ 354 a | Ecclesiasticorum luxus |
| Ecclesiæ forma 316 a | Ecclesiasticus magistræ |
| Ecclesiæ oppressio no- | tus taxatur 97 a |
| stris temporibus 241 a | Eder 140 |
| Ecclesiam suam semper | Educere in lucem 241 b |
| habet deus 241 | Egredionis similitudo 12 |
| Ecclesiæ ueram qui dam | Elisei |

I N D E X.

<i>Elisei contemptus</i>	176 b	<i>pag.</i>	44 a
<i>Ephatrason</i>	203 b	<i>Euāgeliij doctrina</i>	259 a
<i>Episcopis in officio an-</i>		<i>claritas</i>	67 b
<i>contradicendum</i>	38 b	<i>& uis</i>	61 b
<i>Esa. liber sermonum</i>	7 a	<i>& dignitas</i>	180 b
<i>Esaiam longo tempore</i>		<i>officiū</i>	261 a
<i>prophetasse</i>	1 b	<i>fructus</i>	169 a
<i>Euangelium</i>	374 b	<i>Euangelij contemptores</i>	
<i>Euangelij doctrina pla-</i>		<i>notantur</i>	178 a
<i>nē inexhausta</i>	118 a	<i>Euangelij ministerio</i>	<i>sæ-</i>
<i>Euangelium quomodo</i>		<i>tan se opponit</i>	73 a
<i>concionetur de deo</i>	250 a	<i>per Euangelium que boi-</i>	
<i>Euangelium prædicant-</i>		<i>na nobis contigerūt</i>	191
<i>dun per totum mun-</i>		<i>Euellere comam in luctu</i>	
<i>dun</i>	286 a	<i>pag.</i>	43 b
<i>Euangelij cœleste donū</i>		<i>Exactio iniusta</i>	78 b
<i>pag.</i>	168 b	<i>Excelsa</i>	12 b
<i>Euangelij terrores pec-</i>		<i>Excelsa Iuda</i>	20 a
<i>cati tollit</i>	127 b	<i>Expectare Deum salutis</i>	
<i>Euangelium uocatur sce-</i>		<i>pag.</i>	229 b
<i>ptrum</i>	117 b	<i>Ezeb</i>	27 a
<i>Euangelium concordes</i>			
<i>facit</i>	128 b	F	
<i>Euang. raro in Italia in</i>		<i>Acere iudicium</i>	195 a
<i>templis populo recitatur</i>		<i>Faciem ostendere</i>	81 b
		<i>Fascia coccinea</i>	330 a
		<i>Fastus Aegypti</i>	51 b
		<i>Fauus</i>	336 b
		b	4
		Ficus	

I N D E X.

Ficus utilis homini	130 a	nem facere	283 b
Fici immaturæ	317 a	Filiæ	307 a
Fides uera	229 b	Filiij nomen	307 b
Fides nostrum uelamen		Fundamenta terræ	185 b
pag.	314 b	Flamma dei	369 b
Fides in promissionibus		Flos campi	305 a
dei hæret	303 a	Florum diuersa genera	
Fides uerbo erigit	300 b	pag.	305 b
Fides politica	225 a	Flumen per precipitia	
Fidei consolatio	299 a	pag.	13 b
Fidei singularis uirtus		Fœmora	357 b
pag.	300 b	Fœmoralatiōra laudantur in mulieribus	357 b
per Fidem accipitur re-		non confidendum in ho-	
missio peccatorū	169 a	mines	223 b
Fiducia impia in templū		Fortuna populi dei	146
& sacrificia	10 b	Fortuna quos fouet, stupi-	
Fiducia meriti uitiat etiā		tos facit	39 a
uerē bona opera	23 b	Fortuna quibus exitio	
Fiducia in deum, requirit		pag.	39 b
notitiam Christi	195 b	Frater fratrem consola-	
Fiducia inter coniuges		latur	335
pag.	224 b	Friderici ducis Saxonie	
Fiduciā in homines dam-		uox	295 b
nat scripture	224 a	Fructus	337 b
Figuras grandem oratio		Fructus	

I N D E X.

- | | | | |
|-------------------------------|-------|----------------------------------|-------------|
| <i>Fructus ministerij</i> | 169 a | <i>pendet</i> | 174 b 228 d |
| G | | | |
| <i>Ath Palestinorū</i> | 36 a | <i>Gilead</i> | 253 a |
| <i>Galaad</i> | 328 b | <i>Gloria populi dei nō cer-</i> | |
| <i>Gilead quid</i> | 350 b | <i>nitur</i> | 362 b |
| <i>Gemelli foetus</i> | 350 b | <i>Gratiarum actionem se-</i> | |
| <i>Genæ</i> | 346 b | <i>qui exauditionem</i> | 287 a |
| <i>Genæ rubicundæ</i> | 330 b | <i>In Grimmental idolum</i> | |
| <i>Generatio spiritualis</i> | | <i>pag.</i> | 27 a |
| <i>Pag.</i> | 357 b | <i>Großi</i> | 317 a |
| <i>Genitalium membrorum</i> | | <i>Gubernatorum uitia non</i> | |
| <i>cur scriptura mentionē</i> | | <i>dissimulanda</i> | 185 a |
| <i>faciat</i> | 357 a | <i>Guttur allegoricē signis</i> | |
| <i>Gentes Hierosolymā ue-</i> | | <i>ficat canere</i> | 361 a |
| <i>nisse</i> | 123 b | H | |
| <i>Gentium regna</i> | 352 | <i>Aiesch</i> | 201 b |
| <i>Gentium uocatio ad E-</i> | | <i>Haisch</i> | 201 b |
| <i>uangelium</i> | 163 b | <i>Halah</i> | 39 a 205 a |
| <i>Gentium uocatio probat</i> | | <i>Halal</i> | 205 a |
| <i>boc regnum esse regnū</i> | | <i>Haporez</i> | 72 a |
| <i>gratiae</i> | 123 b | <i>Hareslh</i> | 42 a |
| <i>Gentium conuersio</i> | 71 b | <i>Hasid</i> | 215 |
| <i>Germania admonetur</i> | | <i>Hason</i> | 86 b |
| <i>Pag.</i> | 2 b | <i>Hauah</i> | 219 b |
| <i>Germanie uastitas im-</i> | | <i>Hazoleah</i> | 135 b |
| | | <i>Hebreæ lingue usus ex</i> | |
| | | <i>b s utilia</i> | |

I N D E X.

<i>utilitas</i>	33 b	<i>Horti</i>	377 d
<i>Hebreæ lingue cognitio necessaria theologo</i>	43 a	<i>Hoseas quo tempore prophetarit</i>	1 b
<i>Heder</i>	63 b	<i>Humilem coram deo ambulare</i>	197 b
<i>Hehelethi</i>	205 a	<i>de hydrope simile</i>	281
<i>Hibbelatecha quid</i>	367 b	<i>Hyems</i>	316 b
<i>Hieroboam idololatria pag.</i>	16 b	<i>Hypocritarum natura pag.</i> 11 b & <i>cultus</i> 194	d
<i>Hieroboā consiliū</i>	17 a	<i>Hypocritarum mos in p̄fis peccatis</i>	200 d
<i>Hieroboam primus rex Israël</i>	24 b		I
<i>Hieronymus taxatur pag.</i>	196 a	<i>Aad</i>	201 d
<i>Hieronymi ineptie</i>	182 b	<i>Iarasch</i>	42 d
<i>Hierusalem ædificatio pag.</i>	244 b	<i>Iaschebu</i>	162 d
<i>Hinnom</i>	19 b	<i>Iazah</i>	38 d
<i>Hinnulus</i>	320 b	<i>Ibri</i>	37 b
<i>Hinnuli</i>	314 a	<i>Idololatrica qui</i>	18 b
<i>Hom</i>	71 a	<i>Idololatrum uita moleſtiſima</i>	27 b
<i>Hominum peruersitas pag.</i>	212 a	<i>Idololatria quid</i>	45 b
<i>Honorem deo adimere quid</i>	143 b	<i>Idololatria unus aliū perfet</i>	268 b
<i>Hortus</i>	337 b	<i>Idololatria cum auaritia semper coniuncta</i>	63 d
		<i>Idolol</i>	

I N D E X.

- Idololatria non perpetua
tuo impunis* 17 b
- Idololatria est, ubi non
omnia sunt ad uerbi
dei præscriptum* 18 b
- Idololatria in causa quæ
regnum Israël sit deuina
statum* 135 b
- Idololatria cum blasphemia
dei cōiuncta est* 46
- Idololatriæ poena* & *a-
varitiae* 207 a
- Idololatria fugienda* 43 b
- Idololatria in papatu p
Euang. reuelata* 258 b
- Idololatria deus graui-
ter offenditur* 179 a
- Idololatriæ præmia* 31 a
- Idololatriæ poena* 40 a
- Idololatriæ qui occasio-
nem dant, grauiorem
poenam merentur* 40 a
- Idola uaria Mariæ vir-
ginis* 27 a
- Idolorum cultus deū of-*
- fendit 179 a
- Idolis cur Deus minetur
pag.* 26 b
- Ieel* 49 a & *Eli* ibidem
- Ierusalem cum Samaria
in poena cōiungitur* 7 b
- Ieschah* 207 b
- Ignis dei* 369 b
- Ignis pro poena* 201 b
- Ignem scriptura iniustas
opes uocat* 206 a
- Ignorantia Papistarum
pag.* 323 b
- Iehiskia quot annis impe-
ravit.* 6 b
- Iehiskiæ pietas* 8 a
- Iehouah* 73 b
- Illuminare uultum* 81 b
- Imagines quæ tollendæ
pag.* 179 a
- an Imagines omnes tol-
lendæ* 27 b
- Imagines omnes in gene-
re Iudeis non prohibi-
bitæ* 28 a
- Imagines*

I N D E X.

- | | | | |
|--|--------------|---|------------------|
| Imagines in templo Hierosolymitano | 28 a | ctores comparantur pag. | 177 |
| Imagines Moses & prophetæ prohibent | 29 a | Infirmias piorum | 58 a |
| Imagines prohibite quæ adorantur | 29 a | Infirmitas in periculis quomodo fulcienda pag. | 142 b |
| Imagines quedam mendaces et turpes | 30 a | Infirmi lacte aluntur pag. | 336 b |
| Imaginum usus | 28 b | Ingrati erga ministros uerbi taxatur | 99 a et b |
| Impietatē palliare | 22 b | Ingratitudo damnatur pag. | 181 d |
| Impietatem semper certe calamitates sequuntur | 27 a | Iniuria domino committenda | 97 b |
| Impij quid obseruent in scripturis | 5 b | Insolescere lœtis rebus pag. | 233 d |
| Impij malum manū sua rum dicunt bonū | 217 b | Ioez | 143 b |
| Impiorū multitudo & pictura, | 353 | Ioiachin ex carcere liberatus | 3 b |
| studium, securitasq; impij do | 57 a | Iosaphat optimus princeps | 95 b |
| | 232 b | Iothan quot annis impes rauerit | 16 |
| Impenitentium poena | pag. | Ira Dei immensa | 16 b |
| | 81 b | Ira Dei obruit impios | pag. |
| Inaures | 299 b | | |
| Incantoribus, impij do | | | |

I N D E X.

pag.	22 a	Judices iniqui taxantur
<i>Iram suam suam deus nō tenet in æternum</i>	262	<i>pag.</i> 48
<i>Ireno</i>	27	Judicare propter munera 95
<i>Israël quomodo idololatriam excusauerit</i>	17	Judicandi potestas 96 a
<i>Israël regnum uarijs iactatum tempestatibus</i>		Judicium 92 a
<i>pag.</i>	322	Judicium significat uerbum dei 196 a
<i>Israël totus colligendus</i>		Judicium cum iusticia dei
<i>pag.</i>	67 a	<i>pag.</i> 241
<i>Iuda regnum quando uastatum</i>	1 a	Judicium dei quale cum punit 240
<i>Iude regno Assyrius nō est potitus</i>	53 a	Judicium nostrum deum iudicare 241 a
<i>Iudei à multis liberaliter adiuti</i>	151	Judicium facere 215
<i>Iudei frustra dominatio nem corporalem experient</i>		195 a
		Judicij contemptores 93
<i>Iudeos comminationibus non credidisse propter promissiones non intellectus</i>	3	Iurare an liceat per credituras 313 a
<i>Index iniquus</i>	218	Iurisconsulti taxantur
		<i>pag.</i> 96 292
		Iuuentus germinibus terae comparatur 316
		K
		Abasch 264
		Kefchar

I N D E X.

- | | | | |
|--|-------|-------------------------------------|----------------|
| Keschaphin | 177 a | Lex quomodo deo cō
cionetur | 259 b |
| L | | | |
| Abia | 346 b | Lex implantata in naturā
nostram | 217 d |
| Labia rubicūda | 329 b | Legis officium | 261 d |
| Labium uelare | 87 b | Legis opera | 346 b |
| Lachis | 40 a | Leuitarum pauperies | |
| Lacte infirmi aluntur | | pag. | 324 |
| pag. | 336 b | Libanus | 334 b et 338 d |
| Lætitiae summae descrip
tio | 303 b | Liberorum immolatio
rum mos | 193 d |
| Lair | 199 a | Lilium conuallium | 305 b |
| Lapides dolosi | 204 b | Ligna et lapides dei
creature | 26 b |
| Lapides facculi | ibid. | Lu | 64 b |
| Lapidum acerius | 24 b | in Luctu mos Iudeorum | |
| Lectus | 321 a | pag. | 43 b |
| Lectus Salomonis | 324 | Lupi concionatores falsi | |
| Lectus uiduus | 323 a | pag. | 84 d |
| Leo in Daniele | 327 a | Lutheri labores | 309 d |
| de Leone et catulo leoni
comparatio | 171 b | Lux in tenebris | 235 d |
| de Leporibus fabula | | Luxus principum taxa
tur | |
| pag. | 75 b | Luxus aulicus | 79 b |
| Lex | 374 b | Autopou | 127 b |
| Lex Mosi debet ualere | | Macc. | |
| pag. | 220 b | | |

I N D E X.

- | | | |
|-----------------------------|--|---|
| M | | Magistratum esse auarum
quale periculum 93 b |
| M aceriarum ædifica= | | Magistratum uitia car- |
| tio 244 a | | penda 75 b |
| Magia quid 177 b | | Magistratibus auaris |
| Magistratus ne indul- | | crux fixa 82 b |
| geant cupiditatibus | | Magnificentia in mundo |
| suis 83 | | Magnificentia 164 b |
| Magistratus quasi caput | | regni Christi 103 a |
| in republica 76 b | | Mala inevitabilia faci- |
| Magistratus sui officij | | lius feruntur 144 b |
| admonendus 76 b | | Male parta, male dilabi |
| Magistratus peccata pu- | | proverbium 31 a |
| blica 77 a | | Malus arbor 307 q |
| Magistratus impius ta- | | Manna Iudeis erat fasti- |
| xatur 55 b | | dio 377 b |
| Magistratus pius summū | | Manasse nulla ratione |
| dei beneficium 187 a | | potuit deprecari capti- |
| Magistratus uitia quo- | | uitatem 83 b |
| modo reprehendenda 183 | | Mandatum Dei ubi non |
| Magistratus admonen- | | est, ibi non potest esse |
| dus sui officij 184 b | | dei cultus 194 b |
| Magistratus flos campi | | Mandragora 362 b |
| pag. 305 b | | Maresa 6 b 42 a |
| Magistratus diligenter | | Maroth 39 a |
| oret 295 b | | Mates |

I N D E X.

- | | | | |
|-------------------------|------|---------------------------|------|
| Mater & filij | 367 | Millenarij apud Hebrei | |
| Match | 201 | os | 1764 |
| super Maxillum percute= | | Ministerium uerbi magnis | |
| re | 1534 | ficum | 1764 |
| Mazor | 245 | Ministerij uerbi finis | |
| Medici notantur | 292 | pag. 91 a 984 | |
| Mébra muliebria | 3324 | Ministerij uerbi commen- | |
| Memoria quid | 287 | datio | 170 |
| Mensura minus plena | | Ministerio ad questum | |
| pag. | 203 | abuti | 201 |
| Mensura iniqua | 203 | Ministerij fructus in no- | |
| Mercatores diuites ta= | | uo testamento | 168 |
| xantur | 2194 | Ministrorum Ecclesiæ | |
| Mercatorum perfidia | | contemptus | 31 |
| pag. | 204 | Ministrorum contemptū | |
| Meretrix | 314 | punit Deus | 176 |
| Meretricis opes | 334 | Miracula omnium tem- | |
| Micha in plures concio= | | porum | 257 |
| nnes diuidendus | 74 | Miraculis quando opus | |
| Micha longo tempore in | | pag. | 112 |
| ministerio fuit | 6 | Misereri | 264 |
| Micha quo tempore pro | | Misericordia diuina mū | |
| phetarit | 1b | dus plenus | 293 |
| Millenarius numerus | | Misericordia dei | 262 |
| pag. | 376 | Misericordiam diligere | |
| | | pag. | |

I N D E X.

- | | | | |
|--------------------------------|-------|------------------------------------|---------------|
| <i>pag.</i> | 197 a | <i>Moschel</i> | 156 b |
| <i>Moeroris signum opera-</i> | | <i>Moses uirum dei se uo-</i> | |
| <i>tura</i> | 286 a | <i>cat</i> | 10 a |
| <i>Monachi tyrannorum li-</i> | | <i>Mosen imitantur pro-</i> | |
| <i>ctores</i> | 86 a | <i>phetæ</i> | 81 a |
| <i>Monachi fugiunt usitata</i> | | <i>Mozaothaf</i> | 156 b |
| <i>officia</i> | 19 a | <i>Mulieris nomine gens</i> | |
| <i>Monachorum misera uis-</i> | | <i>uel populus intellig.</i> 135 a | |
| <i>ta</i> | 27 b | <i>Mundus non potest ferre</i> | |
| <i>Monachorum sanctitas</i> | | <i>reprehensione peccati</i> | 91 |
| <i>pag.</i> | 46 b | <i>Mundus ad supersticio-</i> | |
| <i>Monachorum religio</i> | | <i>nem prodigus, ad uer-</i> | |
| <i>qualis</i> | 14 b | <i>bū dei parcissimus</i> | 31 a |
| <i>Monachorū studia</i> | 170 | <i>Mundi coecitas</i> | 32 a |
| <i>Monachorum cultus et</i> | | <i>consilia</i> | 143 b |
| <i>opera</i> | 193 b | <i>et secu-</i> | |
| <i>Monachorum studia deo</i> | | <i>ritas</i> | 247 a |
| <i>non placere</i> | 247 a | <i>Munera anteferre deo</i> | |
| <i>Montes quid significant</i> | | <i>pag.</i> | 96 b |
| <i>pag.</i> | 13 a | <i>Murus</i> | 373 b |
| <i>Montes in scripturis</i> | | <i>Muros Hierusalem am-</i> | |
| <i>pag.</i> | 182 b | <i>plificari</i> | 259 a |
| <i>Mordere dentium</i> | 329 a | <i>Myonenim</i> | 177 a |
| <i>Moreseth</i> | 41 a | <i>Myrrha</i> | 333 b |
| <i>Moru peruersitas</i> | 223 b | <i>et 338 a</i> | |
| | | <i>a</i> | <i>Naboth</i> |

I N D E X.

N		Noſe	261 b
N	Abath propter uineā occiditur	Nox	86 b
N	Naboth quare occisus pag.	Nudus incedere Numerum deus non cu- rat populi	354 44
Naharu		O	
& nahar	114 a	Bedientia propter fi- dem in Christū placet	
Nasach	163 a	pag.	122 b
Nasus rectus	358 a	Obedientiam erga uer- bū ſuū deus requirit	18 b
Nasus custodit & uigi- lat	361 a	Ober	261 b
Nataph	54 b	Obturare aures	256 b
Nehustan	179 b	Obuoluere caput	88 a
Nicena synodus secunda pag.	27 b	Oculus noster uidebit tro- pus	146 b
Nimroth terra	167 a	Oculi	327 a
Nimroth pro hoste Eccle- ſiae	168 b	Oculi duces populi	345
Niphloth	254 b	Oculi sunt doctores	350
Nocendi studium acerri- num	48 a	Oculi caui indicant ſeu- ueritatem	346 a
Noha prædicatio	2 b	Oculi clari ſicut pifcina	
Nomen Dei	160 b	pag.	358 b
Nomen domini timere pag.	200 a	Officio non excusat ur- peccatum	88 b
		Officia	

I N D E X.

- | | | |
|-----------------------------------|-------------------------------|--------------|
| Officia in Ecclesia perpe- | Osculari | 363 b |
| tua | Oscula auroris et fau- | |
| Opes meretricis | ris signa | 283 a |
| Opes iniuste | Oscula apud nos minus | |
| Opes male partæ compa- | honestæ | 283 a |
| pantur igni | Ostium aperire | 342 q |
| Opes iniuste | Ostium sunt catechistæ | |
| Opera nostra non oppo- | pag. | 373 b |
| nenda gratiæ dei | Ostendere faciem | 81 b |
| Opera ueræ bona | de ouibus similitudo | 69 a |
| Operum dei perpetuum | | |
| prædicatum | P | |
| Operum dei ordo | Abulū gregis domini | |
| Ophel | pag. | 259 a |
| Opificum perfidia | Palma non cedit oneri | |
| 'Oppressio tui in medio | pag. | 360 b |
| tui | Panis quotidianus | 206 b |
| Oportunitatem ipse deus | Papa per idololatriam | |
| definit | seipsum destruit | 205 b |
| Optatiuo hebræa lingua | Papistæ securi propter | |
| caret | promissiones Ecclesiæ | |
| Orationis utilitas | factas | 3 b |
| Orationē sequitur exau- | Papistæ non merentur | |
| ditio | conferri cū Iudeis | 14 b |
| Orationem qui abijcant | Papistarum cultus sine | |
| pag. | uerbo | 22 a |
| | Papistarum | |

I N D E X.

- | | | | |
|--------------------------|-------|---------------------------|-------|
| Papistarū securitas | 55 b | Pax nulla speranda sine | |
| Papistarum artes | 85 a | cruce | 342 a |
| et b | | Pax sine armis retinere | |
| Papistas quid decipiāt, | | nequit | 126 a |
| quò minus uerbo cre- | | Pax dei in conscientijs | |
| dant | 3 b | pag. | 166 b |
| Parochias ob auaritiam | | Pax in regno Christi | |
| collabi | 31 b | pag. | 127 a |
| Parta male, male perire | | Pax inter consortes fidel | |
| pag. | 273 b | pag. | 128 a |
| per parturientem beatā | | Pax suppeditat ocium | |
| uirginē intellig. | 58 a | ad discendum uerbum | |
| de Parturiente similitu- | | dei | 317 a |
| do | 244 b | Peccatum deus duriter in | |
| Pascere | 159 b | populo suo punit | 9 b |
| Pastoris officium | 160 | Peccatum duplex hostiū | |
| Pastores ministri uerbi | | ecclesiæ | 242 b |
| pag. | 70 a | Peccatum consequitur | |
| Patientiam deo placere | | poena | 238 a |
| pag. | 348 b | Peccatum onus intolerab | |
| Pauere coram domino | | ile | 262 a |
| pag. | 257 a | Peccata debet ex aequo | |
| Pax | 84 b | odisse | 54 |
| Pax et iusticia coniun- | | Peccata spiritualia et po | |
| cte | 365 | litica mundus excus | |
| | | . sat | |

I N D E X.

- | | | | |
|---|-------|--|-------|
| <i>Sat</i> | 217 a | <i>Picturæ utilitas</i> | 28 a |
| <i>ad peccata reuelanda opus uerbo dei</i> | 45 b | <i>Pij pauidi, impij securi pag.</i> | 57 b |
| <i>Peccatorum poena prima & secunda tabule pag.</i> | 210 b | <i>Pinehas factum</i> | 184 b |
| <i>de peccatis cauendis cogitandum, non de opinibus colligendis</i> | 205 b | <i>Pluua pro doctrina pag.</i> | 54 b |
| <i>Peccatoribus deum irasci</i> | 261 b | <i>Pluuiæ placide compariantur concionatores uerbi</i> | 171 a |
| <i>Pericula uincemus omnia in nomine domini pag.</i> | 261 b | <i>de pluua similitudo pag.</i> | 169 a |
| <i>Perrumpendi uerbū</i> | 72 b | <i>de pluua simile</i> | 164 b |
| <i>Persecutores uerbi tantur</i> | 26 b | <i>Poena impoenitentiū</i> | 82 a |
| <i>Pesel</i> | 26 b | <i>Poenam maiorem consequentur, ij quorum exemplo alijs peccant pag.</i> | 40 b |
| <i>Personæ mutatio frequēs in scripturis</i> | 306 a | <i>Poenitentia uera</i> | 238 a |
| <i>Petrarum cauerne</i> | 318 a | <i>Poenitentie doctrina pri mo tradendæ</i> | 9 a |
| <i>Petri cymba fluctibus iactari, sed non mergi pag.</i> | 103 b | <i>Poenitentie doctrina pag.</i> | 238 a |
| <i>Pharao noster</i> | 187 b | <i>Poenitentie insignis concio</i> | 210 b |
| | | <i>Poenitentie doctrina</i> | 106 |

I N D E X.

Politie præcipius the-	Porez Christus	73 b
saurus uerbū dei 284 a	Præceptum	244
Politiam suam laudat Sa-	Præsumptionis exempla	
lomon, quod habeat uer-	pag.	55 b
bum dei 283 a	Præsumptionis poena co-	
Poma 362 b	citas	5 b
Pondera iniqua 204 a	Primogeniti ferē reprobi	
Pontificem Romanū non	pag.	204
esse caput Ecclesie 139	Principes cum petunt, co-	
Pontificum stulta sancti-	gunt	218 b
tas 47 a	Principes debent Eccle-	
Populus spontaneus in	sia adiuuare	152 d
regno Christi 113 a	Principes coniungere se	
Populus dei quis 250 b	pontificibus	188 b
Populus dei comparatur	Principes impij	93 b
muro turrito 372 b	Principis omnia esse	
Populus pius deo est rosa	pag.	376 b
pag. 307 b	Principum officiū	218 b
Populi dei laus 337 a	Principum peccata non	
Populi dei note uerae	dissimulanda	77 b
pag. 337 b	Principum officium dei	
Populum lacerare den-	dololatris	40 b
tibus 94 a	Principum bonorū uox	
Populi dei fortuna	pag.	294 b
pag. 146	Principum unica querel-	
	u	

I N D E X.

- | | | |
|---|-------|---|
| <i>la</i> | 294 b | Promissionibus inflati ius |
| Procuratores taxantur | | dæi 3 b |
| pag. | 96 b | Propheta excitet ad pœnitentiam 9 a |
| Promissiones suas quomodo deus impleat, ratio non intelligit | 4 a | Propheta magistratus uita libere reprehedit 183 |
| Promissiones dei ad paucos spectare | 4 a | Prophetæ mēdaces 84 b |
| Promissiones legis & Euangelij differunt | 60 b | Prophetæ uidentur inter pugnare 109 a |
| Promissiones uniuersales non sunt ad euentū accommodandæ | 67 b | Prophetæ quando mittantur 1 a |
| Promissiones cum conditiōne date | 105 a | Prophetæ quare obscura tradiderint 67 b |
| Promissiones legis conditionales | 59 b | Prophetæ nonnunquam uidentur sibi contrarij 5 |
| Promissiones ad quos pertineant | 62 a | Prophetæ cū oportunum est Mosen imitantur 81 b |
| Promissiones cur uniuersales, & tamen in euentu sunt particulares | 68 | Prophetæ Mosen imitati |
| Promissionibus etiam impij gaudent | 103 b | Prophetarū transi- |
| Promissionib. decipiūtur & inflantur impij | 56 b | tiones abruptæ 66 b |
| | | Prophetarum mos ibid. |
| | | Prophetarū uocatio singularis 77 b |
| | | Prophetarum mos in cōcionando 9 b |
| | | a 4 Prophe- |

I N D E X.

- Prophetis quare Iudei
non crediderint 3 a
- in Prophetis magnitudo
animi 14 a
- Prouerbiorum Salomo-
nis liber 281 b
- Psalmorum usus 277 a
- de Puella eleganti anthi-
thesis 37 a
- Puluerem lingere 256 b
- Q**
- Vadrigae ignea 305 b
- Q**uestita male, dilata-
buntur male 202 a
- R**
- Aah 242
- Rabbim 125
- Rabsace insolefecit victo-
ria 232
- Rationales cultus 190 a
- Rectus 215 b
- Recti 288 a
- Regenspurgi idolū 27 a
- Reginæ 351 a
- Regnum Christi 2 a
- et 115 b
- Regnū Christi diuersum
à regnis mundi 113 a
- Regnum Christi à Mosis
regno diuersum 114 a
- Regnum Christi in do-
cendo 117 b
- Regnum Christi, et si cō
temptum sit in mundo,
tamen est magnificum
pag. 164 a
- Regnum Christi spiritua-
le 246 b
- Regnum remissionis peci-
catorum 244 a
- Regnū per nouū testamē-
tū institutū quale 371 b
- Regnum Israël uocatur
claudicans 135 a
- Regnum florens agricul-
to comparatur 25 b
- Regnum Israël finaliter
uastatum 53 b
- Regnū Salomonis 352 b
- Regnum gentium 334 b
- Regni

I N D E X.

- R**egni Christi et mundi
 differentia 252 a
Regni populi Dei aboli-
 tio 246 b
Regni Israël restitutio
 spiritualis 136 b
Regni Christi spiritualis
 decor 141 b
 de Regno Christi Indeo-
 rum opinio 371 a
Reliquie fratrum 158 b
Refpicere ad dominum
 pag. 229 a
Rei uocabulum 6 b
Respublica est ceu peri-
 culoso in procellosō ma-
 ri nauigatio 289 a
Reipublicæ florentis ui-
 tum 39 b
Reipublicæ administrat=
 tio difficultis 296 b
Respublica humano con-
 filio non reguntur
 pag. 295 a
Rerum publicarum custo-
 des angelii 305 b
Rerum publicarum ma-
 gnarum uitia 220 b
Resurrectionis testimoni-
 um 137 b
Resurrectionis Christi te-
 stes ipsi hostes 234 a
 de Resurrectione testimoni-
 um 134 b
Reuerti 264 b
 Roma quanto propior
 tanto Christianismus
 longinquier 102 b
 Romana uastatio 172 b
 Ros et pluia 170 a
Rosa pro scriptura et
 lege 358 b
Rosæ 348 b
Rosæ regna gentium ui-
 dentur esse 306 b
Rubor significat amore
 pag. 344 b
 S
Acerdotes Baal 19 a
Sacerdotes almonen-
 tur a 5

I N D E X

- tur ne sint auari 80 a
 Sacerdotes cur prophet a
 uocet incantatores 177 b
 Sacerdotum mores 8 b
 Sacerdotū sanctitas 46 b
 Sacrificium contriti cori
 dis 348 b
 Sacrificio Christi unico
 debetur honor remissio
 nis peccatorum 192 a
 Sacrificia parricidialia
 pag. 183 b
 Sacrificia typus summi
 sacrificij 192 a
 Sacrificia sumptuosiora
 unde 192 b
 Sacrificia Iudeorum qua
 re à deo damnata 191 b
 Sacrificia quæ deo pla
 ceant 20 b
 Sacrificia cur deus re
 probet 189 b
 Sacrificia deum nolle ibi.
 Sacrificia legitima non
 placent cum fiunt ab im
 pijs et profanis 20 b
 Sacrificia in quem finem
 præcepta 190 a
 in sacrificijs duo Iudeo
 rum uitia 190 b
 Sacrificijs prospectum sa
 cerdotibus 192 d
 Salomon quid 322 d
 Salomon summa cura ad
 ministravit regnū 375
 Salomonis regnum 323 b
 Salomonis libri tres
 pag. 281 b
 Samaria 24 b
 Sanctificare bellum 85 d
 Sanctificatio nominis dei
 pag. 243 d
 Sancta à profanis uiciant
 pag. 21 d
 Sanctus quid 215 d
 Sanctos gaudere in inte
 ritu impiorum 243 d
 Sanguini omnes insidian
 tur 216 d
 Sanir 34 b
 Saphis

I N D E X

- Saphir 37 a
 Sapientiae humanae error pag. 7 a
 Satan eligit mundissima loca 319 a
 Satanae insidie 319 b
 uiae 119 b ex doli pag. 172 b
 Scandalum omnibus modis uitandum 226 a
 Scandalum infirmitatis pag. 311 a
 in Scandalum uenire etiam res bonas 30 b
 Scandala caueant iij qui praesunt alijs 225 b
 Scandala detestanda pag. 188 b
 Scandalorum causa in Ecclesia 213 b
 Schahothi 209 b
 Schebet 252 b
 Scire & posse duo sunt pag. 285 b
 Scuta terre 185 b
 Scripturæ sacrae finis pag. 280 b
 Secantes uerbum dei recte 329 b
 Securitas in uerbo promittitur 162 b
 Securitas pontificum pag. 58 b
 Securitas impiorum 55 b
 Securitas facit ut non credamus deum peccata uelle punire 15 b
 Securitatis impij causa pag. 203 a
 Sedendi uerbum 308 a
 Sedes Salomonis 325 a
 an Seditionis causa fit ueritas 76 a
 Seditiones poenae peccatorum 184 a
 ad Seditiones uiae 95 a
 Seluhim 41 a
 Semron 24 b
 Septem & octo phrasis hebraica 167 b
 Serpens

I N D E X.

Serpens æneus fractus	pag.	292 d
ab Ezechia	179 b	Stephani occisores 217 b
Serpentis similitudo	pag.	Stillare pro doctrina 54 b
Seruorum cōditio	197 d	Stipendia liberaliora qui
Seueritas iucunda	345 d	būsdam ministris dan-
Seumab	203 b	tur 99 b
Similitudo temporis noui	sopyn	Struthionū ululatus 34 b
testamenti	188 d	Sulamith 355 d
Simplicitas columbina	pag.	Superbiam sequi opes
Sol tribulationem signi-	318 d	pag. 51 b
ficat	293 b	Supersticio in infinitum
Sophistæ porcini	257 b	patet 27 b
Spinæ uidentur esse poli-	Surgere 316	Synagogæ uastitas 175 d
tiæ, in qua Ecclesia	T	
dei est	306 b	Empus pacis 299 d
Spiritus sanctus efficax	Templum habitatio	
pag.	dei 10 b	
Spiritus sanctus castus	Templum legis 263 d	
pag.	Templū sub Ahaz claus-	
Stare dei	sum 11 d	
Statera dolosa	Tentat nos deus in bonū	
Status rerum ante Euani-	pag. 286 d	
gelium reuelatum	Tenta	

I N D E X.

- | | | |
|---|----------------------------------|-------|
| Tentationis fructus | descriptio | 130 a |
| pag. 348 a | | |
| in tentatione omnium bonorum obliuisci | Triturationis usus apud Iudeos | 250 a |
| Tentationes quoisq; deus finat in ualescere | Tumultus | 72 a |
| Tentationum finis | Turcam deus suo tempore perdet | 241 a |
| in Tentationibus summa ars | Turris eburnea | 358 b |
| Testamenti noui libertatio praeclarior quam illa in ueteri testamento | Turris Dauidis | 332 a |
| Testamenti noui mirabilia | Turris Eder | 140 a |
| Thus | Turtur | 317 a |
| Thuris arbor | Tuschijah | 199 b |
| Thuris odor | Tyrannis tragica amplificatio | 79 a |
| Timere deum | V | |
| in Timore dei uiuendum | Adere mitte, sicut uari | |
| pag. 15 a | dit | 293 b |
| Tirza | Valles quid significant | |
| Trahere per beneficia | pag. 13 a | |
| pag. 114 a | Vastationis extreme descriptione | |
| Tranquillitatis anima | scriptio | 106 b |
| | Vastitatis extreme descriptione | |
| | scriptio | 13 a |
| | Vbera | 358 b |
| | Vbera docent | 361 a |
| | Vbera etiam in populo | |
| | pag. | |

I N D E X

- | | | |
|---------------------|--------------------------------|--|
| Vbera | pertinere ad do- | Verbū dei ubi non est, ibi
non potest esse san- |
| pag. | estrinam | cta uita 46 b. |
| | 284 b | |
| Vberum | similitudo | Verbum sine fructu non
docetur 164 b |
| | 331 b | |
| Velare | labium | Verbum dum persequuntur
impij, se ipsos euer- |
| | 87 b | tunt 172 a |
| Velare | ora | |
| | 256 a | |
| Venerationis | similitudo | Verbum docet timorem
et fidem 196 b |
| pag. | 216 b | |
| Venditores | taxantur | Verbum pios ab impijs
discernit 284 a |
| pag. | 203 b | |
| Venter | | Verbi consolationes 336 |
| | 346 b | |
| Venter | rotundus lauda- | Verbi uirtus in cruce
pag. 338 b |
| | tur | |
| | 348 a | |
| Ver | | Verbi lucem sequi cala- |
| | 316 a | mitates 2 b |
| Verbum | | Verbi dei maiestas 9 b |
| | 6 b | |
| Verbum | dei | Verbi consolatio est lux
in tenebris 236 a |
| | 347 b | |
| Verbum | sequitur crux | Verbi natura et uariu- |
| pag. | 294 | us 300 a |
| Verbum | dei assidue exer- | uerbi dei commendatio- |
| | cendum | pag. 330 d |
| | 377 b | |
| Verbum | gratiae consola- | Verbi fructus 284 b |
| | tur | 233 b |
| | 343 b | |
| Verbum | dei perpetuo | |
| | babet suos persecutores | |
| pag. | 132 a | |

I N D E X.

- | | | |
|------------------------|-------|-------------------------|
| pag. | 333 b | Vinea est populus 294 b |
| Potentia | 225 a | Vineæ similitudo 221 b |
| pag. | 147 a | de Vinea similitudo |
| cursus | 314 a | pag. 212 b |
| & beneficia | 308 b | Vinum 309 b |
| Veritas tyrannis impa- | | Vinum pro omnibus |
| tientissima | 75 a | mundi delitijs 284 b |
| de Vermibus simile | | Violentiæ extremæ de- |
| pa. | 257 a | scriptio 78 a |
| Vexillum | 310 b | Vir uento ambulans |
| Vicario non opus habet | | pag. 65 b |
| Christus | 139 b | Virga pastoris uerbum |
| Victoria omnium incom- | | Euangelij 252 a |
| modorum | 235 b | Virgam aliâ petit quam |
| Victoria Ecclesiae | 173 a | Moses 252 a |
| Videntes | 86 b | Vizio 86 b |
| Viduas spoliare quale | | Vita speculatiua 367 a |
| peccatum | 63 a | Vite uitiosæ causa |
| ad Vindicandum deus | | pag. 46 b |
| tardus | 12 a | Vite æternæ testimonii |
| à Vindicta propria ab- | | pag. 137 a |
| stinendum | 52 b | de Vita æterna testimo- |
| Vinea est populus dei | | nium 134 b |
| pag. | 319 a | Vitis commoditas 130 a |
| Vinea est Ecclesia | | Vitta |
| pag. | 375 a | |

I N D E X.

Vitta	330 a	Vsurarij taxantur	218 a
Vituli aurei	24 b	Vulpes paruula ex ma-	
Vmbilicus	357 b	gne	319 b
Vmbilicus depresso lau-		Vulpium duo genera	
datur	358 a	pag,	319 b
Vmbra defensio piorum		Vultum illuminare	81 b
pag.	308 a	Vxores tam multas qua-	
Vniendi uerbum	70 b	occasione Salomon	
Vocationem non deserent		habuerit	351 b
dam propter multitudi-			Z
dine improborū	214	Zeanan	37 b
à Vocatione non disce-		Zair	154 a
dendum	7 b	Zelus	369 a
Voluntas Dei erga nos		Zidkos	187 b
pag.	258 b	Zion significat Ecclesiā	
Vox pulsantis	341 b	pag.	138 b
Vox dei duplex	108 b		FINIS.

IN MICHAM PROPHETAM

Præfatio.

Cum iam instaret uastatio duorum regnum Israël & Iuda, multi & insignes Prophetæ à Domino misi sunt, qui eam calamitatem prædicerent & hortarentur populum ad pœnitentiam, ut in ista miserabili clade populi futura saltem aliqui conuerterentur & seruarentur. Vastatio regni Israël incidit in annum Iehiskiae sextum, is enim nonus est Hosea. Reg. 17. Annis post circiter centum & quinquaginta regnum Iuda per Babylonium euersum, ciuitas uastata & templum incensum est.

Has calamitates primus Amos prædictus, qui sub Uria, patre Iotham, fuit. Eum secutus Hoseas, uixit sub Uria Iotham & Ahas. Esaias longiore tempore in ministerio fuit. Nam sub Ezechia quoq; uixit. Sed Micha inter hos iunior Uria tempore nondum fuit in ministerio. Horum Prophetarum plane eadem ratio in docendo est: Nam concionantur de uastando populo, & abolendo regno corporali propter peccata, ut aliud nouum & spirituale per Christū instituatur.

Prior pars doctrine ad pœnitentiam pertinet. Posterior pertinet ad consolationem piorum, qui cum in eadem calamitate essent constituti, opus habebant illa spirituali consolatione de regno Christi, per quod in gratia

Argumentū
quatuor Prophetaū. Amos, Hosea,
Ezra & Miche.

2 PRAEFATIO

Regnum
Christi.

gratia se futuros credebant. Est enim regnum remis-
sionis peccatorū, iusticiæ & uitæ æternæ. Atq; huius
spiritualis regni causa, cū ambo regna, iuda & Israël
uastata, & populus inter gentes dissipatus esset, reli-
quiæ seruatæ sunt, ut promissio de Christo maneret
certa, & certus esset populus, ex quo nasceretur Chri-
stus. Hoc commune argumentum quatuor dicti Pro-
phetæ tractant, ut & populum uocent ad poeniten-
tiam, & consolentur pios, qui communium calamiti-
tatum erant socij.

Deus semper
antequā ma-
gnas calamiti-
tates immis-
tit, uerbo ad
poenitentiam
uo cat.

Atq; hic recte admonemur de consilio Dei, qui
semper solet, cum maximæ mutationes & calamito-
sisima tempora imminent, per uerbum prius admo-
nere homines. Sic Noha centum & uiginti annis ante
diluvium concionatus est, ut emendarentur aliqui &
saluarentur. Ante postremam uastationē Synagogæ
amplius 40. annis, Ioannes, Christus, Apostoli con-
cionati sunt. Nec dubium est, quin hanc lucem uerbi,
quā hodie habemus, certa calamitas secutra sit. Nam
ad alia peccata accedit hoc quoq; quod uerbum ne-
gligitur & contemnitur, ab ijs, qui id audiunt & ha-
bent. Reliqui qui non habent, ut sunt Pontifex, Episco-
pi, & multi furiosi Principes, summa cum crudelita-
te persecuntur uerbum. Hæc an putas Deum uidere
et tolerare posse longius? Cum igitur Germania ma-

P R A E F A T I O

ura sit ad meritas poenas sustinendas, uerbo admone
mur, ut saltem aliqui emendati, aut liberentur immi-
nentibus malis, aut habeant quo se in publicis calamis
tibus consolari possint.

Ac Iudæi ferè causam habuisse uideri possunt, cur
non crederent prædicationi Prophetarum? Extabant
enim promissiones de æterno regno Dauidis. Item,
quod non esset sceptrum auferendum de tribu Iuda,
donec ueniret Messias. Contra has promissiones ui-
debantur Prophetarum conciones pugnare. Itaq; non
deerant qui eos accusarent, tanquam essent mendaces
spiritus, sicut Ieremie & aliorum exempla testantur.
Ac inflati promissionibus non recte intellectis, secu-
rissimo animo ueros Prophetas ridebant & contem-
nebant, sicut nunc Papistæ, quia somniant se esse ec-
clesiam, promissionibus ecclesiæ factis nituntur &
securissime uiuunt.

Atqui Deus mirabili sapientia utrunq; fecit, ut et
comminationes Prophetarum non essent irritæ, &
tamen promissiones quoq; implerentur. Abducebatur
populus captiuus, & tamen manebat lucerna de do-
mo Dauid, captiuus Ioiachin, qui ab Eui Merodach
ex carcere liberatus & regio loco habitus est. Dein-
de accidit ut reliquæ populi restituerentur, per quas
restaurata est ciuitas & templum.

uidet comm
nationibus
non crede-
bant, pro-
ptei promis-
siones non
iis intellecta

Papistæ sea
ri propter
promisio-
nes ecclesiæ
factas,

Hunc modum quo Deus promissiones suas implet

Ratio non intelligit, Putat enim deum curare numerum, Et sicut ambitiosa est, putat deū suę glorię causam magnificē omnia gerere. Sed deus numerum non curat, Imō ingentem multitudinem propter peccatum potius abijcit, ut paucis credentibus promissiones suas præstare possit.

Rom. 11 Ad hunc modum disputat S. Paulus, Deum non abiecisse populum suum. Nam inquit, Ego quoq; Israëli ta sum ex semine Abraham. Egregia scilicet res, gloriarī de se uno, & interim totum populum fateri abiectum & reprobatum. Sed hoc modo Deus agere solet, sicut Esaias quoq; testatur, Si fuerit numerus filiorum Israël, ut arena maris, reliquie salutis erunt. Hoc impia turba Iudeorum non norat, Ideo securi contemnebant ministros Prophetarum, & putabant Deum tantum numerum non abiecturum esse.

Esaiae. 10 Papistæ nullam similem promissionem habent, & tamen gloriantur, Deum ecclesiæ non defuturum esse. Id quidem uerum est, Sed quomodo probabunt se esse ecclesiam? Num quia in suprema dignitate constituti sunt? Num quia maior multitudo ab ipsis stat? At ne dignitatem, nec numerum curat deus, sicut testatur Iudeorum historia. Quare debebant securitatem hanc exuere, & humiliari coram deo, ut quia ecclesiæ suam

Papistas multitudo & dignitas fecundos faciunt quasi non possint peri-

re.

P R A E F A T I O.

5

Suam poscit seruare, etiam si nullus Pontifex, nullus Episcopus esset. Sicut extincto ferè toto regno Iuda, & quicquid in populo eximium fuit, tamen seruauit stirpem, ex qua Christus natus est, tanquam auriculam agni exceptam ex lupi faucibus, sicut propheta loquitur. Solet enim deus sic mirabiliter agere, ut impij confundantur, excæcentur & pereant.

Atq; hæc quoq; est causa, cur Prophetæ sic inuoluerint nonnunquam futura, ut uideantur sibi esse contrarij? Sicut insignis locus est de Zidekia rege, de eo dicit Ieremias: Os eius loquetur cum ore illius, & oculi eius oculi illius uidebunt. Ezechiel aut Cap. 12 dicit: Quod facies eius operietur, & non uidebit terram illius. Huiusmodi contradictiones pulchrè obseruauerunt impij, et eas tanquam certa argumenta mendacij obiecerunt prophetis. Et tamen uerum est quod Ezechiel dixit: Nam cum Zidekiae oculi essent effositi, terram Babylonis non potuit uidere, & tamen uidit oculos regis. Offenderunt hæc impios, ut Prophetas suspicarentur mentitos esse, sed sic deus præsumptionem solet punire cætitate.

Hæc paucis de arguento

huius Prophetæ.

b 3 COM-

COMMENTA IN PROPHETAM MICHAM

Caput I.

Verbum domini quod factū est ad
Micham Morasthitē, In diebus Io-
thā Ahaz & Iehiskiæ regū Iuda, quod
uidit super Samariam & Ierusalem.



OT A phrasis est in uocabulo
(dabar) Reclē quidem reddi-
tur uerbum, Sed Ebræis uer-
bum plus significat quām no-
bis, significat enim totum ne-
gocium de quo agitur aut dici-
tur, sicut nos ferē utimur uocabulo, rei.

Meminit autem in Titulo tantum regum Iuda,
eum tamen etiam deuastatione concionetur regni Is-
raēl. Fortasse ideo, quia in regno Iuda tantum prophe-
tauit. Amos & Hoseas etiam faciunt mentionem re-
gum Israel.

Micah ion.
go tempore
in ministerio
fuit. Morasthites uocatur propheta à patria Mareja
ciuitate Iuda, Sicut patet ex Iosua. 15. 1. Par. 16.

Meminit autem trium regum. Iotham imperauit
annis 16. Totidem imperauit etiam Ahaz filius. Iehis-
kia imperat annis 29. Hec supputatio ostendit, quod
non se

PHE TAM MICHAM CAP. I.

non solum longo tempore in ministerio Micha uixerit, sed etiam quod non uno sermone nec etiam anno uno Prophetam istam absoluerit. Sicut igitur supra Prophetam Amos ex reliquo in certas conciones diuisimus, Ita Micha quoq; in plures conciones est diuidendus. Atq; hæc quoq; causa est, cur Lucas Luce. 4 prophetiam Iesaiæ uocet librum sermonum. Ostendit enim, non sicut nobis apparet, uno tempore & sermone, ista omnia tractata & absoluta esse, sed diversis temporibus.

Pertinent autem hæc eò, ut equo animo feramus contemptum uerbi & persecutionem, quam hodie sentimus passim. Siquidem eandem calamitatem, indefecto studio & animo, sancti prophetæ pluribus annis in peruicaci & duro populo pertulerunt, nec ideo discesserunt à uocatione. Sicut nos, cum animi indignitate mouentur & franguntur, sepe de deserendo ministerio & sectando ocio cogitamus.

Quod autem addit, Verbum Domini esse factum contra Samariam & Ierusalem. Primum in eo sibi magnam inuidiam & odium conciliat, quod Ierusalem cum Samaria coiungit. Cum tamen Hierosolymis esset uerus cultus & uerum ministerium. In Samaria autem neutrum esset, Sed idolatria et impia doctrina omnia essent plena. Sicut nobis indignū uideretur,

8 COMMENT. IN PRO-

si quis dicat: Eos qui Euangelium profitentur in eadem damnatione apud Deū esse cū Papistis, et easdem poenas ac iudiciū idem subituros esse. Indigna hæc uiderentur, & tamen uerum est, Deum ex æquo odiſſe peccata, siue à nobis, siue ab aduersarijs admittantur. Imo seruus qui uoluntatē Dei scit et eam non facit, ma-

Luce 12. gis uapulabit, sicut Christus in euangelio ostendit.

Sed Prophetam nihil mouet iudicium populi, libera dicit quod res est, nec mouetur periculo suo. Ideo seniores populi Ieremiam liberaturi ab iniusta morte,

Iere. 26. hoc exemplo Michæ contra furiosos sacerdotes, qui Ieremiam occisum uolebant, utūtur. Ac prædicant regis Iehiskie pietatem, qui Prophetā seruauerit tanto animo uaticinantem contra Ierusalem. Satis autem ostendit Ieremiæ locus, si absq; bono Rege fuisset, perséendum Michæ fuisse, propter hæc uaticinia contraria ciuitatem sanctam Ierusalem.

Audite populi omnes, ausculta terra et quicquid in ea est, & sit Dominus Dominus in testem contra uos, Dominus de templo sancto suo.

Est exordium conuenientissimum argumento, Quia enim tam horribilem uastationem certo uidet immunere, magno spiritu, magnaq; uehementia homines, quasi sopitos in peccatis suis, conatur excitare ad suscitare.

suscipiendam curam emendandæ uitæ & auertendæ
 poenæ. Hoc enim primum est, quod Prophetæ solent
 agere. Et uoluit Christus etiam in nouo Testamento
 hūc in docendo ordinem seruari, ut primo traderetur
 doctrina poenitentie, que deducit hominem ad agni-
 tionem peccati, ut nō solum confiteamur nos esse pec-
 catores, sed etiam incipiamus peccatum uere odisse
 propter magnitudinem iræ Dei, quam in nos deriuat.
 Simili exordio quoq; Esaias utitur. Videntur autem
 ambo imitati Mosen, Deuter. 32. Etsi enim uni populo
 Iudaico concionantur Prophetæ, tamen tanta uerbi Esaiæ. I.
 maiestas est, ut quicquid in tota creatura est, merito
 uerbum reuereatur. Et pertinet hoc exemplum ad
 nos omnes, ut discamus Deum timere & desinamus
 peccare, siquidem tam duriter peccatum in suo po-
 pulo puniuit.

Propheta
 uult excusare
 ad poenitenc-
 tam.

Quod addit: Dominus Dominus sit contra uos in
 testem. Simile est illi quod in Apostolorum literis ui-
 demus, ubi se profitentur, Seruos Iesu Christi, per uo-
 luntatem Dei. Nam Micha non uult doctrinam suam
 accipi, tanquam suam, sed tanquam Dei. Ideò dicit se
 Dominum Dominum adhibere in testem, quod nihil
 propria uoluntate, sed omnia Deo reuelante & in-
 bente dicat. Ut sit sententia: Audite me uos populi,
 Nam cum me audietis, ipsum audietis Dominum. Hūc

10. COMMENT. IN PRO

tanquam testem Prophetiae meæ profectio non sine
Psalm. 90. summo uestro periculo abiicietis. Sic Moses in Ora-
tione sua propter reuerentiam uerbi se uocat uirum
Dei, hoc est, à Deo iussum & missum, ut uoluntatem
Dei per legem reuelaret.

**Templū hab.
bitatio Dei.**

Sed quid uult sibi repetitio cum mentione loci,
Dominus de templo sancto suo? Hoc non solum ideo
addit, ut uerum Deum, certa & uera nota describat:
nempe qui uerbo suo promiserat, se habitare uelle in
templo in Ierusalem. Sed etiam ut notet impian præ-
sumptionem. Nam regnum Iuda retinebat uerum cul-
tum in legitimo loco. Cum autem propheta Ierusalem
cum Samaria coniunxisset, & similem esset minatus
poenam. Qui in regno Iuda erant se longe regno Is-
raël putabant sanctiores. Nam regnum Israël mani-
festam idolatriam sequebatur. Huic præsumptioni
occurrit hac repetitione Propheta.

**Q. d. Præsumitis uos de cultu & sacrificijs ue-
stris, iactatis templum, iactatis templi habitatorem
& sacrificia. 12. impia fiducia in templum
& sacrificia. testabitur contra uos. Etsi enim habetis legitima sa-
crificia legitimo in loco. Tamen non prestatis uero
modo. In eo enim erat fidendum, quod Dominus mi-
sericors est. At uos fiditis in templo & sacrificijs
uestris. Huic misericordi & benigno Domino debe-
batis**

PHETAM MICHAM CAP. I.

batis ex animo parere, et facere mandata eius. At ea negligitis et uiuitis in uestris uis, sicut Esaias dicit: Cupiditatibus uestris laxatis frena, et sine timore Dei facitis quicquid libet. Hoc testimonium impietatis uestre ipse Dominus contra uos fert de templo suo, de quo ualde superbitis. Sed sicut locus uere sanctus est, propter sanctum habitatorem, Ita per uos quia prophani estis, prophanatur.

Ad hunc modum iudico Prophetam hic obscurè taxare fiduciam, quam in templo, et cultibus suis uestris quam in Deo habebant positam Iudei. Potest tamen etiam eò restrixi, quod sicut postea ostendimus, templum sub Ahaz clausum, et omnes anguli pleni excelsis fuere. Q. d. Templum deseritis, quod Dominus destinauit ad cultum suum, Sed non patientur se contemni, ex ipso templo contra uos aget.

Quoniam ecce Dominus egredietur de loco suo, & descendet ac calcabit Excelsa terræ.

Hic incipit comminari futuram calamitatem seu uastitatem potius. Q. d. Nolite esse securi, Fingitis quidem Deum uobis esse propicium, aut saltem non uidere nec punire uelle peccata uestra, putatis eum ociosum stertere, et c. non animaduertere transgressiones uestras. Profecto iam commouet se, ut egredia-

Natura by-
pocritarum

egrediatur & uisitetur uos, ueniens ueniet, ac descendet, hoc est, effectu ostendet se esse præsentem & irasci impietati uestræ, ut eam puniat per Assyrium & Babylonium.

Vtitur autem Scriptura similitudine hac egressio[n]is & descensionis, ut ostendat Deum, etsi ad vindicandum tardus est, tamen certo vindicaturum esse quicquid est impietatis et scelerum. Sicut Poëtæ quoq[ue] finixerunt Deos laneis pedibus ingredi, cum supplicia irrogare uolunt. Nam impij non sentientes obruuntur ira Dei, sicut experientia etiam gentes docuit.

Vox Ebrea (Bamoth) quam latinus excelsa uerit, frequenter solet accipi pro altaribus seu aris, quas nos quoq[ue] latina consuetudine altaria uocamus, ab altitudine, seu quod in æditiore loco sint erecta super terram. In genere tamen significat quicquid est excelsum seu eminens. Itaq[ue] in hoc loco puto generaliter accipi: Dominus calcabit super excelsa terræ, id est, que apud uos sublimia sunt, queq[ue] præ alijs eminet, nempe Reges, Principes, Sacerdotes, cultum, deniq[ue] & ipsum templum conculcabit Dominus, & in nihilum rediget. Itaque haec huius totius Prophetie quasi propositio & summa est, quam postea uarie explicabit.

Et liquefient montes sub eo, &
ual

valles scindentur , Sicut cera à uicino
igni , Sicut aquæ que per præcipitum
feruntur .

Sinecdoche est , usurpat enim continens pro consente . Nam appellatione montium & uallium complexitur totum populum , quod omnia uastabuntur quæ uel in montibus uel uallibus sunt posita . Alludit enim ad situm terræ sanctæ , quæ plena est montibus & uallibus , ut significet extremam uastitatem , ne quid usquam putetur reliquum fore , à quo hostis manum abstineat .

Montes &
Valles.

Similitudines quibus Propheta utitur eo pertinet , ut ostendat iram hanc Domini nulla ratione cohiberi aut impediri posse . Quid enim est quod ceram saluare possit adiunctio igni , ne liquecat ? Quid potest co-
bibere impetum fluminis , per præcipitia loca laben-
tis ? Eadem ratio , inquit , erit poenæ , magno impetu
grassantis in uos . Dominus est ignis , Vos estis molli-
ores quam cera . Dominus est flumen magno impetu
ruens : Vos estis , ceu frutrices ægre herentes in præ-
cipiti seu declivi loco . Sine negocio igitur abripiemini
ad poenam , & peribitis .

Cera ad ignem

Flumen per
præcipitia ,

Horribilia hæc sunt , & quæ merito debebant nos
reuocare in uiuani , ne dum sine timore Dei , cum ma-
gno scandalo fratrum , in peccatis pergimus , exarde-
scat

*scat ira eius, et pereamus euestigio. Sicut Psalm. 2. est
Psalm. 2. dem similitudine minatur.*

Propter peccatum Jacob totum hoc
fiet, & propter errata domus Israël.
Quod uero est peccatum Jacob, An nō
Samaria? Et quae sunt excelsa Iuda?
An non Ierusalem?

Poenam prædixit, Nunc etiam causam calamitas
tum istarum ostendit. Atq; hic cernitur in Prophetis
singularis magnitudo animi, & insignis tristitia,
quod eos homines impietatis arguit, quibus totus mun-

 Papiste non
merentur cō-
ferti cum tu-
datis
dus uidebatur nihil habere sanctius. Et profecto nos-
stros Monachos & hypocritas, cum Iudeis nulla in
parte possumus conferre. Iudei enim uersabantur in
cultibus à Deo institutis & mandatis, Sed Monacho-
rum religio nihil est quam εθνοθρητια, sicut S. Paulus
appellat, hoc est, cultus quos ipsi sibi sine uerbo,
Col. 2. sine mandato Dei, ex proprio arbitrio delegerunt, de
quibus nunquam possunt esse certi, quod deo placeant
& probentur. Hos cultus tam ridiculos, et uerbo seu
mandato Dei non suffultos, cum nostri tam ægre pa-
ciantur repræhedi, Quo animo putabimus hanc Pro-
phetæ concionem ab hominibus in speciem sanctis, &
sua iusticia nitentibus, acceptam esse? Ac presertim
domus Iuda potuit ei obijcere. Templum, Sacerdotes,
& legis

PHE TAM MICHAM, CAP. I.

et legitima sacra in loco à Deo constituto. Sed Propheta in genere pronunciat, Propter peccatum Jacob & errata Israël (hoc est, eius populi, qui iactabat Israël seu Jacob patrem, à quo originem ducerent) istas calamitates obuenire. Ad hanc concionem tam libere vulgandam opus fuit animo magno, & contemptus omnium periculorum, que ab impijs iusticiarijs imminebant.

Porrò sententia hec pertinet ad doctrinam de pœnitentia. Et utile est eam probè considerari, propter miram securitatem animorum, quam in nobis & alijs hominibus omnibus deprehendimus, Ea et si propria naturæ nostræ est, sic per peccatum depravatæ, tamē acceditur & augetur per Satanam.

Cain cum de fratre occidendo cogitat, neutquam cogitat Deum inspecturum, & ulturum cædem tam indignam. David accensus amore, neutquam præuidet animo illam penè desperationem, quam sensit cum admoneretur à propheta Nathan. Quantò minus tum cogitare potuit de horribili seditione post per filium excitata: de violatis ab ea concubinis, de cædis, quarum seditio occasio fuit: quæ omnia Scriptura ostendit, peccati illius poenas fuisse. Nam Satan aī mū occupatum cogitationibus peccati sic tenet irretit, ut nihil præuidere, nusquam circumspicere posse.

Necessa.

Securitas f. 2.
est, ut nō cre
damus Deū
peccata pīt.
int re uelle

Dauid.

Necessaria itaque est hæc Concilio, quæ nos admoneat, Deum simpliciter peccata uelle punire, ne uelle aut ad ea, committere, aut leuiter ea punire, Sed iram eius immensam esse. Ut hoc modo admoniti, uiuamus in timore Dei, & Deum serio precemur, ne nos in temptationem inducat, sed gubernet ad sui nostris gloriæ. Et à malo liberet.

Quod autem Propheta subiicit, interrogationem in persona populi: Quod est peccatum Iacob? Et postea respondet, An non est Samaria? Hoc ideo facit, ut ostendat impios cultus, idolatriam, fiduciam opere rum mordicus ab hypocritis retentam & defensam esse. Q.d. Nemo potest uos ad confessionem peccati adigere, etiam gloriamini in transgressionibus uestris tanquam in iusticia. Ut igitur sciatis, quid Dominus reprehendat, & cur tantas calamitates uobis minetur. Regnum Israël peccat in Samaria, quod ibi sacrificat & cultus instituit contra mandatum Dei. Regnum Iuda autem peccat in Ierusalem eo ipso quod putat se Deum colere & demerert.

Porro supra dixi habuisse prophetas manifestam causam, cur cultus in regno Samariae seu Israëli institutos damnauerint. Quia enim Deus Ierusalem degenerat, in qua sacra fierent in templo, diuinitus iussu edificari. Idolatria fuit quod Hieroboam instituit,

PHETAM MICHAM. Cap. I.

loca cultuum in regno Israël, fecit enim id sine uerbo,
imò contra uerbum Dei.

Atq; hi egregie pingitur stultitia & error sapien-
tie humanae. Putabat Hieroboam, si peculiares cultus
in suo regno institueret, & prohibiceret, ne subditi Hie-
rosolymis sacra annua facerent, se pulchrè stabilitu-
rum regnum suum, & fracturum uires regni Iuda.
Sed diuersum accidit: Nam hoc ipso consilio per ido-
lolatriam euertit regnum, ut uastaretur à gentibus.

Non dissimile est, quod hodie plerisq; Principi-
bus & regibus accidit. Adorant meretricem Roma-
nam, & impios cultus fouent ac defendunt, cauent ne
quid uel in doctrina uel ceremonijs mutetur, atq; hoe
modo putant se in tuto fore & sua saluari posse.
Sed hac ipsa ratione se & sua euertent. Neq; enim
deus contemptum uerbi sui & idololatriam perpetuo
patietur impunem esse.

Etsi igitur regnum Israël mordicus retinebat cul-
tus suos, & dicebat se non idola, sed uerum deum,
colere. Nec tanti esse loci rationem, deum cor respice-
re, non locum, non personas, Perinde itaq; esse, siue in
Ierusalem, siue alijs in locis deo sacra facias. Nec ma-
iores uno in loco sacrificasse, Hierosolymam gen-
tium fuisse oppidum, quomodo igitur præstaret a-
lijs locis?

Consilio His-
terboam

Quomodo
regnum Israël
excusaret
idolatriam

Hec & similia et si à Pseudoprophetis, ad defensionem idolatriæ, contra Prophetas dicta sunt. Tamen idolatriam nō potuerunt negare. Neq; enim nobis permisum est instituere cultus diuinos. Et si quid instituimus propria uoluntate, quomodo possunt animi certi esse, quod Deo placeo? Cum itaq; non solum locus, non personæ solum, sed tota ratio cultus à deo præscripta esset, sine negocio potuerunt prophetæ regnum Israël conuincere de idolatria. Non enim quid facias, sed quomodo facias refert, cum de cultu dei agitur. Offerebant in regno Israël statim horis diebus, tauros, oves, oblationes, sicut usus erat in re-
Idolatria est ubi non omnia sunt ad diebus, tauros, oves, oblationes, sicut usus erat in regno Iuda & Ierusalem.
 præceptuum uerbi, gno Iuda & Ierusalem. Etsi igitur quod ad ipsum opus attinet, nulla erat differentia, tamen in eo differentia erat, quod deus iussit at alio in loco hoc opus fieri, & per alias personas

Itaq; cum sacrificijs regni Israël coniuncta erat negligentia mandati dei, & inobedientia erga uerbum. Deus autem, sicut apud Samuëlem est, potius uult obedientiam erga uerbum suum, quam uictimas & adipem arietum. Si quis autem non obediatur uocis dei, hunc dicit idolatram esse, etiam si iactet summos & difficillimos cultus dei. Sicut idolatrarum proprium est, non diligere leuia in speciem, sed que arcta & difficillima sunt.

Ideo

PHE^TAM MICHAM CAP. I. 19

Ideò quoq; monachi nostri, Satane mancipia, fu-
giunt usitata illa, rationē administrandae Oeconomiae
coniugii, et reliqua ad ciuilē uitā necessaria, officia
nō utuntur usitato uestitu, nō cibis usitatis. Sed ea de-
ligunt que propter raritatē plus admirationis habet
Sicut sacerdotes Baal uulnerabant cutē et sanguinem
fundebant. Ipsi reges in populo dei, ad exemplū Abra-
ha, mactabant et concremabant liberos suos. Sed cum
deus ante omnia postulet, ut obediatur uoci sue, mani-
festū est, ubi hæc obdientia non est, ibi esse idolatriam.

Monachi fu-
giunt usitata
officia, &c,

Sacerdotes
Baal,

Sed inquies, non eadem ratio fuit regni Iuda. Hi
enim retinebant usitatos cultus in loco diuinitus desi-
gnato, & per personas diuinitus ordinatas. Cur igit-
tur propheta dicit excelsa Iuda, esse ipsam Ierusalem
que ob hoc totius regni corona fuit, quod ad cultum
dei ab ipso deo constituta fuit.

Hic primum debemus meminisse tituli. Dixit enim
propheta se uixisse & concionatum esse sub Ahaz fi- 4. Reg. 16.
lio lotham, ostendunt autem historie regem Ahaz
descessisse à uia patris, & secutum uiam regni Israël. 2. Para. 28.
Nam & imagines Baalem sibi curauit fieri, et eas ado-
rauit, & in ualle Hinnom immolauit filium, deniq;
in excelsis omnibus sacrificauit. Hanc idolatriā cum
Deus uarie puniret per regem Assyrię, per regem
Israël, per Edomitas: tamen non solum non est me-

20 COMMENT. IN PRO-

lior factus, sed addidit grauiora peccata, Templum destinatum à deo diuinis cultibus clausit, & in omnibus angulis Ierusalem erexit aras, in quibus iussit sacra fieri alienis diis. In reliquis quoq; ciuitatibus

Excelsa lude*terusalem* Iuda iussit excelsa erigi, & alienis diis sacra fieri. Relè igitur securidum literam hoc modo exponuntur excelsa lude, ipsa Ierusalem, in qua impius Rex omnis generis impietates & idololatrias instituit, unde exemplum postea in totum regnum emanauit.

Sed inuenias alibi etiam ipsos cultus, legitimo modo in ipso templo per legitimas personas factos, reprehendi. Sicut Psal. 50. Esaiæ 1. ubi Deus simpliciter de ipsis sacrificijs pronunciat, se ea neq; amare negi exigere, et si nō sint facta in alieno loco, nec per illegitimā personas, sicut in regno Israēl.

Satis autem cum hoc modo reprehenduntur sacrificia non placent, cum sicut ab impiis & proiz nūiant in manifestis flagitijs, dum per avariciam opes primunt pauperes, Ius non sancte dicunt, negligunt pupillos et uiduas. Sicut Psal. 50. quoq; conqueritur, Odisse eos disciplinam, projicere sermonem domini retrorsum, Currere eos cum furibus, hoc est, in contratribus defraudare alios, & adulteria sectari, &c. Hec qui faciunt & postea per sacrificia se commens dari pue

PHE TAM MICHEAM. Cap. I.

dari putant, an non merito reprehenduntur?

Quare dominus &c. Cap. apud Hoseam quoq; dicit, se malle misericordiam, quam sacrificium. Et repetitur hæc sententia aptissimè à Christo contra iustit/ Matth. 9 ciarios & phariseos, qui minimo loco habebant summa dilectionis opera, præ iusticijs suis. Igitur sacra per se bona & sancta uiciantur à prophanicis hominibus, qui ea præstant, nō solum sine fide, sed etiam cum mala conscientia, sine timore Dei, & ex corde non solum non pœnitente, sed etiam querente & sperante per talia opera iusticiam.

Secundo, sunt talia sacrificia etiam ideo uicioſa, quia confunditur ordo, quem ipſe deus uoluit esse in cultibus. Nam alijs cultus sunt exteriores, sicut sunt sacrificia & ceremoniæ diuinitus institutæ, item omnia bona opera diuinitus mandata. Alij sunt spirituales, qui pertinent ad primā tabulam, sicut sunt fides, timor dei, invocatio, spes, gratiarum actio, confessio, &c. Placent autem Deo etiam exteriores cultus, quia sunt obedientia erga uerbum, si sint coniuncti cum interioribus.

At Hypocritæ ueris cultibus negleguntur, qui in corde sunt, tantum imitantur externos, & de ijs praesunt in placent tantum tanquam sunt per se iusticia, etiam si corda sunt vacua fide & timore dei: Etiam si in periculis non

inuocent deum, sed querant alia præsidia. Sicut
Abaz reliquo uero Deo & cultibus eius, se conscre-
bat ad cultum deorum Damasci, quia uidebat Syrum
meliore fortuna uti.

Hanc peruersitatem reprehendunt prophetæ &
hortantur hypocritas, si uelint deo probari sua ope-
ra, ut deum uere timeant, eius uerbum sequantur.
In deo spem omnem habeant positam. At hæc si negli-
gant, frustra esse quicquid faciant & tentent, Deum
enim non placari, sed irritari magis.

Ad hunc modum concionatur deus in Psalmo
50. Nunquid manducabo carnes taurorum, aut san-
guinem hircorum potabo? immola deo sacrificium
laudis, & redde altissimo uota tua. Inuoca me in die
tribulationis, & eruam te, & honorificabis me. quæ
si dicat, perueritus ordinem & sinistre omnia agilis.
Sic urgetis sacrificia, quasi ijs ualde opus habeam.
Hoc potius præstandum erat, ut me agnosceretis deu-
uestrum, in me haberetis positas spes uestræ, et inuo-
uocaretis me. Ita fieret ut etiam externi cultus tan-
quam obedientia, mihi probarentur. Sed cum illa de-
mittatis ac negligitis, Quomodo hæc placere mihi
possunt? Taceo quod additis peccata illa, impian-
doctrinam, impias deo opiniones, idolatriam &
spiritualem fornicationem. Deinde etiam scelerata
mitam

P H E T A M M I C H A M C A P . I . 23

ac plenam omnis generis peccatis.

Ad hunc modum nos quoq; reprehendimus in aduersarijs cultus, quos ipsi sine uerbo Dei instituerunt, Cultus Papl
storum sine
uerbo. Et tanquam iusticias adorant. Vbi enim uota, ubi cea libatus, ubi Missæ pro uiuis et mortuis, ubi cultus Sanctorum, ubi intercessiones & merita Sanctorum, ubi peregrinationes, Monachatus, & similes nugaciſſime nuge, imò nocentissimæ pestes, uerbo Dei institutæ, traditæ, aut mandatae sunt? Si autem sunt sine uerbo, ubi queso est obedientia, quam Deus magis uult, quam uictimas? Taceo iam, quod hæc contra uerbum defendunt impij, & uerbum, defendendæ idolatriæ sue causa, crudelissime persequuntur. Si enim cultus Dei uis iactare, ostende uerbum Dei, non cogitationes tuas & idolum cordis tui. Verbum autem si non habes, fuge tanquam extremam impietatem, quicquid pro cultu Dei obtruditur.

Secundo, reprehendimus quoq; fiduciam, quam ponunt in opera per se bona, hoc est, diuinitus mandata: Fiducia meriti uiciat etiā nere bona opera, qualia sunt dilectionis opera, Per se bona quidem, sed tamen quæ uiciantur addita fiducia in ea. Sicut uiabantur Iudeorum sacrificia, quanquam diuinitus instituta, & mandata essent. Placent quidem bona opera in ijs, qui habent remissionem peccatorum per fidem, in Christum, ex habent suam

remunerationem. Sed si cor in ea fidat, & putet se
per ea habere Deum propicium, tunc uiciantur
Deo placere non possunt. Nam fiducia non debetur
nostris, aut aliorum operibus, sed debetur soli mis-
ericordiae Dei, ac meritis seu operibus filij Dei. Non
sunt opera nostra opponenda gratiae Dei, sed praes-
stanta sunt, tanquam obedientia, quam Deo tam pro-
picio & misericordi debemus, cum hac confessione,
Luc. 17. quod cum omnia fecimus quae possumus, tamen simus
serui inutiles.

Et ponam Samariam sicut aceruum la-
pidum in campo, ubi plantatur uincet,
& præcipitabo lapides eius in uallem,
& funditus eam euertam.

Vitull amaret. Hieroboam primus rex Israël, sicut supra dixi, fe-
cit uitulos aureos in Dan & Bethel, ut haberet suum
peculiarem cultum in regno suo, differentem à cultu
quem Dominus Hierosolymis instituerat, propter
causas quas supra ostendi. In hac idolatria, cum
totum regnum Israël annis quadraginta octo, esset
uersatum, per Amri regem, emptus est mons Sem-
Samaria. ron, et in eo ædificata est ciuitas Samaria, cuius
auspicia, ut essent augustiora, noua istuc quoq; idolo-
latria cæpta est præter eam, quam instituerat Hiero-
boam, que postea maxima incrementa sumpsit. Si-
quidem

PHETAM MICHAM Cap. I.

quidem Samaria sedes Regum perpetua posthac
fuit, Et Ahab filius Amri ibi instituit cultum Baal.
Ideo prophetae, cum caput peccatorum ostendere uolu-
lunt, Samariam ferè nominare solent. Ac alicubi to-
tum regnum hoc nomine significant, Sed hic propriè
de ciuitate agit propheta, quæ cum munitissima &
opibus instruclissima esset, & tamen, sicut propheta
hic minatur, datura erat supplicium pro peccatis fa-
cile iudicium est, eadem calamitate etiam inuoluendas
esse reliquas ciuitates.

Vtitur autem hic quoq; propheta insigni similititu-
dine, qua futuram uastitatem graphicè depingit. Flo-
rens regnum seu ciuitas rectè comparatur culto agro
seu horto, ubi non solum singularis amoenitas, sed
etiam lēta omnis generis frugum ubertas est, quam
ordo quoq; commendare solet, Ingrata enim est confu-
sio, ubi non singula suis certis locis disposita sunt.

Ad hanc similitudinem respicit propheta, & mi-
natur futurum, ut alia Samaria sit facies: nempe talis
qualis est acerui lapidum, qui, cum uineta conserunt
studiosi agricolæ, colliguntur ex uinea in unum locū.
Quomodo autem, inquires, hoc fiet? Sic, ut lapides
eius, hoc est, magnifica ædificia, & basilicas hostes
disiijciant, & funditus euertant: Hanc puto propriam
esse sententiam. Quidam quod de plantatione ui-

26 COMMENT. IN PRO-
næ dicit, ita exponunt, Quid sit redigenda in uastis
agrum, in quo uineas postea plantent agricole.
Et omnia sculptilia eius conterentur,
& omnia donaria eius comburentur
igni, Omnia deniq; idola eius perdam,
Quoniam de mercede meretricis ea
collegit, & in mercedem meretricis re-
dibunt.

Quid, inquis, magni est, minari sculptilium
idolorum perditionem? Quis optaret ista salua, addu-
ctis hominibus & uastato regno? Num delectat Deum
seuire in ligna & lapides, quæ sunt Dei creature,
nec possunt peccare, et si ab hominibus ad impietatem
& scandalum transferri possunt?

Cur idolis mitetur Deus. Sed pertinet hæc quoq; comminatio, sicut reliqua
ad poenitentia concionem, ut homines abijciant fidu-
ciam istam, quam in mortua ligna ac lapides, & in
cultus à se confictos, positam habebant. Siquidem cer-
tum erat, ut fierent præda hostibus, nec ipsa se pos-
sent liberare ab igni & hostili ui.

Quod ad Grammaticam attinet, (Pefel) uocan-
tur idola sculpta. (Athnan) uertimus donaria. Sed est
idem uocabulum, quod postea mercedem uertimus.
Significat autem hic questum meretricium, hoc est,
quem ex idolatria capiebant impij sacerdotes. Si
cui

P H E T A M M I C H A M C A F. I. 27

cum nos uidimus in ijs locis, ubi certa idola coleban-
tur, magnam donariorum seu anathematum multitu-
dinem quotidie oblatam. Qualia fuere Marie idola
Aquisgrani, Regensburgi, in Grimmtal. & infinita
alia per totum Papæ regnum, ex quibus amplissimos
reditus compararunt idolorum mancipia, conficiis
ad id mendacibus miraculis.

(Ezeb) idola uertimus, nam Scriptura sape ea sic
appellat, à uerbo (AZAB) quod propriè significat af-
fugi. Non ideo solum, quod impietatem semper certæ
calamitates sequuntur, sicut omnia omnium seculo-
rum exempla testantur. Sed etiam quod nihil labo-
riosius & molestius est, quam idolatrarum ^{idolatrarum}
m uita. Sicut ^{int. 1.}
exemplo sunt monachi nostri, quibus quotidie nouis
aliquis cultus nascebatur, quibus quotidie nouos labo-
res imponebat in infinitum patens supersticio.

Porro hic locus unus est ex eorum numero qui ^{An omnes fa-}
hodie è Ecclesiæ choirs occasionem dedit, ut omnes ima/
gines sine discrimine ex templis ejicerent. Neq; hic
^{mages tibi}
nouis in Ecclesia tumultus est, Nicena Synodus se-
cunda, annis retro plus mille & centum, sub Constan-
tio & Irene matre eius, hanc ob unam causam coa-
cta est, & decretum magno consensu est contra eos,
qui statuebāt nullum in templis imaginum usum esse.
Non igitur absurdum fuerit paucis ostendere, quid de
Nicena syno-
dus secundas
hoc

COMMENT. IN PRO-

boc negocio recte possit constitui.

Verum est quod Moses & Prophetæ magno stu-
dio ubiq; prohibent & damnant imagines, Sed ineptū
est, id in genere intelligere de omnibus imaginibus.
*Iudeis non in
genere prohibi-
bitur omnes
imagines*

Nam & Iudei imaginibus etiam in templo sunt usi,
sicut ostendit ædificium Salomonis. Et quis dubitet in
regum & principum domibus non fuisse aliquas pi-
etas tabulas? Pictura enim, quia res representat, nun-
quam inter prohibitas, aut illicitas artes habita est.

3. Reg. 3. Sicut igitur sine peccato recitatetur historia de Salo-
mone, sapienter iudicante inter duas meretrices, ita
profecto sine peccato eadem historia pingitur. Neq;
ego unquam Iudeos tam barbaros fuisse iudicarim,
quin etiam in publicis locis, & non tantum inter pri-
uatos parietes hæc monumenta rerum præclare ge-
starum habuerint picta, sicut in ijs describendis per
quam diligentes fuerunt.

*Imaginū po-
teni esse usus.* Non solum igitur barbariem, sed insignem quoq;
inscitiam iudicauerimus, quod in multis locis, etiam
Christi & Apostolorum imagines, sine discrimine, ex
templis electæ sunt. Quis enim non uidet, quod sicut
sine peccato piæ historiæ, etiam cum fructu auditio-
rum recitatetur, Ad hunc modum propter rudes etiam
pingi tales historiæ & sculpi possint, Non solum in
priuatis edibus, sed in publicis locis: Ut sicut olim del-
creta

P H E T A M M I C H A M . C A P . I .

Creta rerum pub. in publico loco proponebantur. Ita
rudes ubiq; admoneantur salutis suæ , beneficiorum
Dei, poenarum, quæ peccatoribus inflictæ sunt, & si
quæ alia ad ædificationem sunt utilia.

Sed inquires, Si tanta picturarum & imaginum u-
tilitas est, Cur tanto studio à Mose & Prophetis pro-
hibentur & damnantur? Respondeo, Moses & Pro-
phetæ loquuntur de imaginibus ad eum finem condi-
tis, ut adorarentur, & per illam adorationem Deus Imagines
prohibuit
quæ adorad-
tur.
crederetur coli. Sicut manifestum testimonium est in
secundo precepto: Non adorabis neq; coles ea, Quia
ego sum Deus tuus. Sic in Deuteronomio dicit Moses,
Dominus locutus est uobis, Vocem eius audiuitis, si-
militudinem uidistis nullam, Ne faceretis uobis imagi- Deut. 5.
nem, quam adoraretis. Ergo uicium omne est in ado-
ratione & cultu, qui non ligno, non lapidi, non auro,
non argento, sed ipsi Deo conditori debetur.

Adoratio igitur si absit, potest imaginum, sicut li-
terarum, usus esse, quæ admonent nos rerum, & res
quasi representant. Euangelia exponunt historiam
Christi, Lex & Prophetæ uoluntatem Dei nobis ex-
ponunt. Sed quis ideo chartas exosculatur? Quis eas
adorat? Quis putat Deum coli, si coram sanctis Bi-
blijs procumbat? Alius earum est usus, ut legantur,
ut edoceamur de uoluntate Dei, & faciamus eam.

Hic

Hic igitur nascitur alia imaginum differentia.
Mendaces Quædam enim mendaces & scandalosæ sunt, sicut
Imagini sim Barbaræ, Margarethæ, Georgij, Christophori, Catho-
plicuer tol- rinæ, &c. Hæ quia mendaces sunt (Nam quos refe-
Iende runt, nunquam in natura fuerunt) abijcendiæ sunt.

Sunt enim tantum ad idolatriam confitæ. Sicut igitur mendaces libri abijciuntur, quod etiam si diu eos legas, nihil nisi mendacia legas. Ita quoq; harum im-
 ginum planè nullus est usus.

Non autem satis est admonere, quod sint mendaces. Sed propter scandalum penitus tollendæ sunt. In quem usum enim asseruantur? Quin potius sicut nemo domi sue scandalosas picturas ferre debet, ita maxime ex publicis Ecclesijs ejiciendæ sunt, in quibus ournia ad ædificationem seruire debent quicquid dicitur, scribitur, canitur, pingitur, sculptur, In summa, quæc quid uidetur & auditur. Ac habenda est in hac re posteritatis ratio, cui ista in scandalum & ruinam esse possunt. Sicut exempla extant in sacris historijs, ubi etiam bone res, cum in scandalum abijssent, absiectæ sunt. Sicut æneus Serpēs, etc. Sed de hac re infra plura fortasse

Quod addit: Quoniam de mercede meretriciis et collegit Samaria, redibunt in mercedem meretriciis. Habet speciem proverbi hæc sententia, Sicut nos di- ciuntur

cimus, Male parta, male dilabi. Vocat enim usitata figura Meretricem, populum fornicantem cum idolis, deserto uero sposo Deo. Idola ista, donaria, templa magnifice ornata, haec omnia, inquit, sunt præmia idolatriæ, parta per prædicationem fiducie in alienos Deos. Sed haec omnia sicut parta sunt, ita etiam peri-
bunt, Veniet populus impius & sine Deo, huic idola
ista prædæ erunt, &c.

Porrò non inepte hic conquerimur de mundi ex-
trema cæcitate et malicia. Experimur enim hodie, cū Mundas ad
homines recte de Deo & cultu Dei: item de uere bo- superstitiones prodigiis, Ad uer-
nis operibus docentur, immanem quandam auariciā gium Dei pat-
omniū corda atq; animos occupasse. Nemo ea libera- cissimum &
litate iuuat pauperes qua debebat. Excogitantur in- auat illius
finitæ uiae augendorum preciorum etiam in minutissi- vest.
mis rebus. Quicquid aut in ministros Ecclesiastū, quic
quid in Scholas, impeditur, hoc omne iudicatur esse ni-
mū. Itaq; quod summū, nō solū dedecus, sed quoq; pec-
catum huius seculi est, uideas hominū auaricia multas
Parochias aut penitus collabis, aut miserrime negligi.

Sed respice superiora secula, cum nulla uera reli-
gionis ratio extaret, cum homines ad idolorum cultus
& uanam proprietatum operum fiduciam ducerentur. Ibi nullus largiendi finis fuit. Omnia monasteria,
omnium sacrificiorū Collegia pascebātur in summa
abun-

abundantia omnium rerum, Tempia auro & argento usq; ad admirationem ornabantur. In summa, dictas aurum & argentum ab hominibus tunc nullius habitum, quam nunc lapides. Merito deploranda haec esse

Cecitas mundi citas mundi uenit, quam Propheta hic ostendit, quod di^m idololatria fœlicissima fuerit, et habuerit amplissimos prouentus, ubi Leuitæ, qui in Ierusalem uero ministrio præerant, misere esuriebant.

Sed quæ poena proposita est ijs, qui sic per impietatem opes colligunt? Nimirum quam Propheta dicit, De mercede meretricis collegit ea, & reuertentur ad mercedes meretricis. Magna hodie querela est, o*c*

Querela de bonis Ecclesiasticis. cupari bona Ecclesiastica à nostris Principibus, & ponni in prophanos usus. Sed primum, si sunt bona Ecclesiastica, te queso, quomodo sunt partæ? An non per uanis & impias prædicationes Missarum, indulgentiarum, meritorū, & similes nugas? Deinde queso te, quomodo ijs utuntur, qui amplissimos redditus Ecclesiasticos habent? Quotusquisq; est, qui docet Euangelium? qui pauperum curam agit, qui in aliqua parte dat talem Ecclesiæ operam? An non ferè soli sunt qui Euangelium crudelissime persecuntur? qui omnis generis idololatrias mordicus retinent, & cum summa crudelitate defendunt? Qui infinitis scandalibus, & turpisima uita Ecclesiam deformant? Quid multis

P H E T A M M I C H A M . Cap. 1.

multis sunt uere opes meretricis, & ab illis ipsis, qui
eas tenent non collocantur in alios usus quam mere-
tricos. Aut enim fœdissimè eas prodigunt, aut crude-
liter comparcunt. Sed hæc nondum uera poena est,
Præda erunt alijs, qui ueram doctrinam, neq; norunt
nec propagare student.

Opes meret-
ricis.

Quod ad nostros Principes attinet, omni laude
digni sunt, quod recta studia & religionis doctrinam
egregie et cum maximis sumptibus propagant, Imme-
rito igitur spolijs & alienatarum ecclesiasticarum o-
pum accusantur. Hi rarius accusentur, qui ecclesiam
non adiuuant, & tamen monasteria spoliant. Sed hoc
quoq; accidit Papistis secundū uerbū prophetæ: Opes
meretricrictis sunt, et in opes meretricis redibunt.

Ideo plangam & ululabo, incedam
spoliatus & nudus, planetum edam,
qualis est draconum, & sicut struthio-
num pulli eiulabo.

Que sequuntur, et si quod ad sententiam attinet,
plana sunt (Nam uastationem, quam hactenus paucis
comprehensam prædictum, nunc copiosius et quasi per
distributionem explicat) tamen propter uarias allu-
siones obscurissimam grammaticam habent.

Atq; hic recte admonentur sacrarum literarum
studiosi, ut magno studio incumbant in linguarū stu-

dia. Et si enim h.ec explicari audias optimè , tamen impossibile est, ea plene assequi Ebraicæ linguae prorsus rudem , propter figuræ , quas nulla alia lingua imitari potest .

Ostendit propheta hactenus uastationem regni Israël et Iuda per Assyriū futurā . Nunc quasi in rem præsentem ducit lectorem, ac non aliter uanicinatus , quam si omnia essent posita ob oculos . Itaq; potenter intelligenda sunt uerba hec , que in futuro Ebræus legit . Caret enim Ebræa lingua optatio . Tanta, inquit, est calamitas, ut posset aliquis uel debet lugere & eiulare sicut Dracones, &c.

Vulnarus dra-
conum &
struthionum . Porrò uifitatum est in sacris literis, quoties uaf-
tas significatur , uti similitudine draconum & Stru-
thionum, in desertis locis ululant . Sicut Esaïe 13 . de
uastatione Babylonis 34 . de uastatione regni Edom-
Threnorum 4 . de uastatione Hierosolymorum, &c.
Ideò autem potissimum allegat propheta magnas bes-
tias, ut exaggeret futuram miseriam : Nam pro ma-
gnitudine corporum etiam magnos rugitus ædunt.

Seruatio
Cap. 39 De Struthionibus est apud Hiob , quod sit ue-
cors & crudele in suos pullos animal , siquidem po-
nunt oua in terram , & postea ea negligunt . Diserte
igitur propheta pullorum meminit , ut ostendat popu-
lum prorsus derelictum , sicut uere derelictus pullus
est , cum ad

PHETAM MICHEAM. Cap. I.

est, cum à matre negligitur.

Quod dicit: incedam nudus, referendū est ad orna-
tum splendorē. Non quasi planē nudus uelit incede-
re, sed quod honestiore uestitu deposito, in uili ueste
(sicut sordidati solebant) uelit incedere. Sicut Iesāia
iubebatur incedere nudus, ad significandam capti-
uitatem Aegypti. Neq; autem est, quod cogitemus
eum prorsus nudato corpore incessisse, uili & breui-
re ueste indutus fuit, oblonga & honestiore abiecta.
Sicut in historia Euangeliū discipulus dicitur auſu-
gisse nudus, relictā post se syndone, que superior &
honestior uestis erat. Cap. 20
Mar. 14.

Quoniam plagæ eius sunt insanabi-
les, ac uenerunt usq; ad Iudam, perue-
nerunt usq; ad portā populi mei, usq;
ad Ierusalem ipsam.

Vocabulum (Anusa) significat uehementem, gra-
uem & miserabilem plagam, que non potest sanar-
i. Ista uastitas, inquit, que in Israël incipiet, non ibi
resistet, Sentiet percussuram eam Iuda quoq;, Imò
in portis Ierusalem sentient eam. Notum enim est
ex historia, sicut paulò post propheta uaticinabi-
tur, Sanherib regnum Iuda quoq; uastasse, & per-
uenisse usq; ad Ierusalem, Eam cum obsidione circumfa-
set, ab angelo domini inde fugatus est, cum magna

cēde, hoc propheta hic significat.

In Gath ne annuncietis, nec exaudia-
tur ploratus uester, In domo Aphra in
puluere uoluta te.

Hic incipiunt figuræ, quæ difficultatem parium,
Nam in re difficultas nulla est.

Quod de Gath Palestinarum dicit, transsumptum
est ex cantico Davidis. 2. Sam. 1. Nam Prophetæ sepe
ex historijs mutuantur aliquid, cum in re quædam si-
militudo est. David uidet magnum uulnus accepisse
regnum extincto Saule & eius filiis. Hanc calamita-
tem optat sic posse tegi, ne incircumcisi Philistijm id
resciscant, & ideo latentur. Idem propheta hic o-
ptat, Augetur enim calamitas, cum uideas insul-
tantes hostes.

Aphra Aphra est in tribu Beniamin, Quia enim dixit
pertingere plagā hanc regni Isræl, usq; ad Iudam &
portas Ierusalem, ideo in Beniamin & tribu Iuda po-
sitas ciuitates commemorat.

Atq; hic prima allusio est, In domo Aphra, in A-
phar uoluta te. Porrò Aphar significat proprietatem
Aphar. ram effossum, quæ dissoluta est nec cohæret, qualis
est quæ ex sepulchris effoditur & ferè solet reddi uol-
cabulo terre aut pulueris. Sententia igitur est, ciuitas
Aphra recte à puluere nomen habet, Ea enim tur-
gias cal-

P H E T A M M I C H A M Cap I.

cuius calamitas erit, ut merito, tanquam in summo lu-
ctu, cinere se cōspergat, Id quod usitatum Iudeis erat

Cinere con-
spergit.

in magnis periculis & magno luctu.

Transi ciuitas decora, turpiter nudata.

Porrò non est hic allusio in uocabulo, sed pulchra
in re antithesis (Saphir) significat pulchrum & deco Saphir.
rum esse. Hoc nomen, inquit, Samaria hactenus ha-
buit, Sed quo abiit nomen tuum? Quò abiit decor &
pulchritudo tua? iaces enim uastata, ac si nunquam
fuisses, & es tota, operta confusione & ignominia,
perinde ac si quis elegantem pueram splendido ue-
stitu ornatam, exuat & nudam obijciat spectandam
oculis hominum.

Porrò hic Ebraismus est, qui latine non, nisi per
circumlocutionem, reddi potest. Sic enim de uerbo ad
uerbum sonat, transi uobis ciuitas decora, (ibri lat-
chem) Hoc est, abi, & fuge in aliud locum. Id enim è
re tua est, Id tibi proderit, tibi fuga consule. Et figu-
ra etiam est in hisce uocabulis (Iosebeth ibri) Fuisse
hactenus Iosebeth, que habitasti secura, non es assuet-
ta ad migrationes, Sed nunc tibi migrandū erit (ibri)
transi, Auf und dauon, Do ist keins bleibens mehr.

Non expatiabitur ciuitas Zænan
præ luctu.

Zænan est in tribu Iuda, sicut patet ex Iosua, ha-

98 COMMENT. IN PRO-
bet autem nomen ab egrediendo. Quasi dicat, ex
paciatricem.

Est autem hic iterum allusio (Zænan non Iazah)
hoc est, non egredietur, continebit se domi suæ, sicut
solent qui in laelu sunt positi, hi enim ultro hominum
conspicuum fugiunt, ut possint uacare lachrymis, si
aut propheta causam subiungit.

Domus uicina accipiet à uobis sub-
stantiam uestram.

Ad hunc modum ego hunc locum intelligo, pro-
pterea quod aliæ sententiae, quæ afferuntur ab inter-
Beth. pretibus uidentur esse coactiores: Nam etiam si Beth
Ezel propriè accipias, quid erit (Emdaiho) Ex-
ponunt quidem, stationem hostis. Sed coactior sen-
tentia est, id eò transferre, quod hoc præmium ho-
stis accepturus sit pro ea mora, quam ibi traxit.
Quare cum hæc sententia & proprius ad rem acci-
dat, & quoq; Grammaticæ non ita aduersetur, uolu-
cam retinere, quod Beth Ezel appellatiuè, uicina dor-
pe Assur accipiet à Zænitis substantiā eorū, hoc est,
etiam illa quæ ipsi putabant sibi statura & tuta fort.

Quoniam anxiè expectat bonum
ciuitas Maroth, sed descendit malum
a domino ad portam Ierusalem.

In hac sententia non est minor obscuritas, quam
fuit in

suit in priore. Alij enim exponunt (halah) pro dolere

Quod dolebit Maroth propter amissa bona. Alij Halah.

Quod infirmata sit ad bonum faciendum, quod nō ex-

ercuerit se in obedientia erga legem & uerbum Dei.

Sicut (Maroth) significat rebellem & inobedientem. Maroth.

Quidam hanc sententiam esse putant, quod bono
seu foelicitate & successu infirmata, hoc est, demen-
tata sit, secundum proverbiū: Fortuna quos fouet,
stultos facit. Hoc enim commune Rerum publicarum
florentium uicium est, quod infatuantur successu, ac
propter opes & potentiam, credant se ac sua tum in
tuto esse, cum maximè uicina sunt periculo. Itaq; cum
ad poenitentiam comminationibus futurarum calami-
tatum inuitantur, eas non admittunt nec credunt. Sunt
igitur fortuna & successus ipsis uere pestiferi & exi-
ciales morbi. Vbi enim uerbum negligitur et nulla poe-
nitentia sequitur, ibi non potest longius abesse poena.

Sed simplicissima sententia hec est: Siue Maroth
pro proprio accipias, siue appellatiue, pro rebelli ci-
uitate, Quod auxie expectat bonum, Nam homines
constituti in periculis, illo ipso dolent & infirmantur
quod expectant auxilium, & frustra expectant. Hunc
affectum uerbum (halah) hoc in loco ostendit.

Alliga mulum ad quadrigam ciui-
tas Lachis, que fuisti occasio errati filie

SION, In te enim deprehensæ sunt trās-
gressiones Israēl.

Lachis satis nota est, Eam quoq; Senaherib expul-
gnauit, sicut ostendit historia. Hanc calamitatem præ-
dicit ei Propheta, & tanquam in præsenti periculo,
iubet ut quadrigam comparet, & se in fugam det.

Porrò Propheta hic nos singularis historiæ ad-
monet, cuius nulla alibi sunt uestigia certa: nempe,
Lachis. quod Lachis prima ex regno Iuda, regni Israël idola-
triam & impios cultus amplexa sit.

**Poena idola-
triae,** Docemur autem primo hic, Quod idolatriam so-
leat Deus punire bellis & uastitate. Deinde quod ma-
iorem poenam merentur, qui alijs exemplo suo idola-
Matth. 18. triæ occasio sunt. Sicut etiam Christus in Euangelio
grauissime minatur ijs, qui alijs sunt scandalo. Quare
**Officiorū prin-
cipum.** decebat hoc studium præcipue reges & principes, ne
dum ipsi religionem parum curant, alijs interim ido-
latriam & impios cultus propagent, Sicut hodie fit.
Existimat Magistratus non esse sui muneric curare,
quid agatur in Ecclesia. Itaq; impij homines cum ma-
iore licentia abominationes Papatus urgent. Sed us-
istis, qui cum haec ex mandato Dei debebant prohibe-
re, & propter autoritatem etiam poterant, tamen id
non faciunt, Nā, sicut hic locus admonet, maior pena
eos consequetur, quorum exemplo alijs peccant.

Propterea

Propterea mitte legatos ad More-seth Gath, Domum Achzib, reges Israël fallent.

Vocabulum (Silubim) est à Salah, misit. Itaq; libe-rum est, siue donum, quod mittitur, siue Legatos inter-Preteris, manet enim eadem sententia. Hortatur enim per ironiam ad querenda auxilia à uicinis, quos ta-men ipsos dicit cum ijsdem periculis conflictari.

Porrò in eo hic obscuritas est, quidam coniungunt hanc sententiam cum superiore, ut Lachis mite-tat munera Morasethis, uicinis Gath Palestinianorum, Alij ad Achzib referunt,

Vtitur autem propheta hic quoq; bellissima allu-sione. Domus Achzib ad Achzab regibus Israël. Si-grificat autem Achzab mendacium, à uerbo (Cazeb) Cazeb. mentiri, fallere, frustra esse. Porrò Iosuæ 15. nomina-Achzib, tur Achzib, quod sit ciuitas Iuda. Hęc sicut Prophe-ta hoc in loco uidetur ostendere, iunxit fœdus cum regno Israël. Sed quod ferè accidit, dicit Propheta, eo fœdere non adiunari eos in calamitate per Assy-rium futura. Quanquam non inepta esset sententia, si passiuē accipias. Ad mendacium regibus Isrāel, hoc est, quibus reges Israël mentiti sunt. Quos reges Israël deceperunt per idolatriam.

Adhuc hæredem tibi adducam ciuitas Maresa.

Texit Propheta breuem catalogum ciuitatum Iuda, quas rex Senherib erat post regnum Israël uastatorus. Est autem hic quoque elegans allusio. Maresa adducam tibi Haresch, hoc est, hæredem. Porro Maresa, nomen Maresa, significat hæreditatem seu possessionem. Venit enim à uerbo Iarasch, Q. d. Propheta habes nomen ab hæreditate, tu Maresa, Ecce faciam ut filius hæretas potentis hostis, qui te expugnabit & spoliabit. Pertinent autem hæc omnia, sicut dixi, ad poenitentiam docendam ut credant tales poenas impunitatis certo secuturas, & ideo in tempore abiijcant in pios cultus, & se conseruant ad ueram religionem.

Vsque ad Adullam deueniet gloria Israel.

Adullam Nota est spelunca Adullam ex historia Davidis. spelunca. Puto autem hanc esse quasi conclusionem instituta comminationis. Q. d. magna est gloria Israël, nimirum opibus & potentia sua, atque ideo secura est in maximi mis peccatis. Sed profecto fiet, ut ista omnis gloriator magnifica & locupletes ciuitates, fiant sicut Adullam, ignobilis & uasta spelunca, propter uastitatem, quam Sanherib affret.

Sic emersimus iam ex istis obscuris locis, quare
quasi

P H E T A M M I C H A M C A P . I . 43

Quam in re non magnus labor est. Grammatica pau-
lo est impeditor, Sicut satis appareat ex translatione
Hieronymi, qui ferè ex proprijs facit appellatiua. Si-
cuit alibi ex appellatiuis propria. Satis autem hic lo-
cus ostendit, quam necessaria Theologiæ studiis fit
cognitio sacræ linguae.

Cognitio sa-
cræ linguae.

Decalueris & tondearis propter libe-
ros tuos delicatos, Dilata caluiciem
tuam sicut aquila, quoniam captiui
abducentur à te.

In luctu solebant aut euellere, aut præscindere co-
mam, & calui incedere. Cum itaq; tam horribilis ua-
stitas regno Israël, & partim etiam regno Iuda, im-
mineret, uult Propheta, ut, sicut in maximo luctu so-
let, tondeatur, & non alat comam, sicut in ocio, trans-
quillitate, & successu, solebat. Nam filij tui, inquit,
quos in magnam spem educasti, per hostem abripien-
tur in alienam terram.

Ita hæc prima concio tota eò pertinet. Ut summo studio fugiamus idolatriam, quam non leues poenæ sed extrema uastitas sequitur. Si enim iniurias contra proximum horribilibus poenis ulciscitur Deus, sicut sequens caput ostendet. Quanto putabimus Deum aciorem vindicem fore, cum suam gloriam uidet ab hominibus impijs opprimi per idolatriam, per impiam

Idolatria fin-
genda.

impian doctrinam & cultus impios?

Necessaria autem hæc, nostris quoq; temporibus est concio. Quantum enim abominationum iam plus quam sexcentis annis in Ecclesiam per Pontifices inventum est? Coëgit eos necessitas, ut saltem textum Euangeli in templis recitarent, quamquam id quoq; in Italia & alijs Nationibus multo rarius, quam in Germania factum est. Sic Baptismum & Coenam dominii retinere eis necesse fuit, quamquam utrumq; Sacramentū uarie contaminauerunt, alterū etiam impie mutilauerunt. Hæc ut retinerent necessitas coëgit eos. Sed his sepositis, nihil per omnem uitā à Pontifice, ut Pontifice, ab Episcopo ut episcopo, à Sacrificio ut sacrificio, à monacho, ut monacho, à Moniali ut moniali, per tot secula factū est, quod non ex diametro cuiuslibet verbo dei pugnaret. Nam etiam bona ipsorum opera defcedauit impia opinio meriti. Hanc impietatem, cum adhuc hodie Pontifices uelint esse saluam, cum eam mordicus retineant, & cum immanni crudelitate defendant, Quomodo possibile est, ut non Deus suo tempore, & breui quidem, cum ualitate totius Germanie Exod. 20. puniat? Non enim habebitur innocens, qui nomen Dei blasphemauerit, & uerbum ac uoluntatē eius contempserit, Sicut exemplū hoc regni Israël abunde ostendit.

CON

PHETAM MICHAM. CAP. II. 45

COMMENTR

IN PROPHETAM MICHAM

CAP. II.

Vaejs, qui cogitant iniqua, & meditantur iniurias in cubilibus suis, ut eas in luce matutina faciant, quia potentes sunt.



BOLVIMVS unam prophetae concionem, in qua tum regno Israel, tum Iuda prae*dixit* calamitatem per Assyrium futuram. Addidit autem causam, longe aliam quam a ratione possit deprehendi. Nam ratio ea tantum peccata intelligit, que contra secundam tabulam fiunt. Operum primae tabulae planè nullam noticiam habet. Itaque uerbo Dei opus est ad reuelanda peccata contra primam tabulam.

Iactabat uterque populus cultum Dei et singulare religionis studium. Sed Propheta religionem, quam ipsi sequebantur, dicit causam praecipuam esse omnium calamitatum. Quia enim cultus Dei non potest dici, nisi quod secundum uerbum Dei instituitur, Idololatria

Cultus Dei,
Idololatria,

cit.

est, quicquid homines sine uerbo, pro cultu Dei instituit, ac meretur extremas poenias. Etsi enim alia peccata, contra secundam tabulam admissa, quoq; suæ poenias habent, Tamen hi cultus humana opinione a deuotione, sine manifesto uerbo, instituti, maiores poenias & certiores merentur. Ideo Propheta primo loco idolatriam reprehendit, & ostendit, que eius sint futurae poenæ. Semper enim idololatria cum blasphemia Dei & neglectione uerbi coniuncta est.

Vbi uerbum non est, id est, non potest esse sancta uita: Postea idololatria etiam est causa uitiosæ uite. Quomodo enim recte institui aut geri uita potest, ubi uerbi nulla est ratio? Instituit igitur Propheta hic dilectionem, in qua etiam illa peccata reprehendit, que ratio iudicare potest, Avariciam, inturiam, violentiam, iniusta iudicia, & similia. Hæc nō habent speciem aliquam sanctitatis, qua se tueri possint, sicut idololatria. Et tamen praetextu idololatriæ putantur impij ea non posse obseruari.

Monachos. Sic magna sanctitas simulatur à Monachis & fratris, &c: cristiculis, quoties missandum est, quoties in publico liquid faciendum. Sed cum postea ad uinum, ad scorta, ad exigendos nummos, uenientum est, ibi primum ostendunt, quam eis simulatio ista sanctitatis cordi fuerit. **Pontifices.** Sic Pontifices, bone Deus, quam sancti, quam misericordes, quam humiles sunt, cum insituuntur processions seu

P H E T A M M I C H A M . C A P . II . 47

Seu supplicationes, cum indulgentie effunduntur in
stultam multitudinem. Sed hijs ipsis leuisimum est, ma-
gno numero interficere pios Doctores ubiq; genium,
His ipsis leuisimum exoluere ab obedientia & iura-
mento subditos, quoties Cæsares aut Principes ipsorum
cupiditati nolunt obsequi, Leuisimum est, inuoluere in
bella & cædes tota regna. Taceo fraudem iudicio-
rum, in exhaustam avariciam, infandas libidines, que
quidem omnia etiam vulgus intelligit execranda esse.
Sed tamen isti qui faciunt, putant ea splendore religio-
nis testa esse, & non ita conspici.

Pertinet itaq; hec quoq; concio Prophetæ ad poe-
nitentiæ doctrinam, ut discamus similia peccata, simi-
les poenas consequi. Si enim Avaricia, si fraudes in iu-
dicijs, illo tempore tantorum malorum extiterunt oc-
casio, Quid nunc sperabimus melius, cum avaricia ho-
mines obfessos & oppressos uideas, cum summa pau-
perum calamitate?

Vocabulum quo Propheta hic utitur, & nos ini-
quitatem reddidimus, ualde usitatū est. Etsi enim sepe
pro idololatria usurpatur, propterea quod eam dolor
& labor consequitur, tamen in hoc loco generaliter
accipitur, pro quauis iniquitate seu iniuria, quam po-
tentiores inferioribus afferunt.

Loquitur autem Propheta hic de acerrimo no-
cendi

49

COMMENT. IN PRO-
cendi studio, Cum dicit eos etiam in lectis non posse
quiescere, quin cogitent, quomodo noceant, insidentur
incommode alij. Sicut etiam 36. Psalmus hoc impio-
rum studium egregie & penè iisdem uerbis describit.
Iniquitatē meditatus est in cubili suo, Astitit omniā
non bona, & maliciam non odiuit. Vae talibus inquit
Propheta, nam suo tempore sustinebunt intollerabile
iudicium.

Huc pertinet quoq; circumstantia temporis, quam
addit: Ut summo mane perpetrent, quæ noctu ab eis
fraudulenter in aliorū incommodum excogitata sunt.
Porro non incommode hæc intelliguntur de ijs, qui in
Ecclesia & Republica primo loco sunt. Quod impio-
Doctores summo studio exquirant, quæ ad rem fami-
liarem augendam & amplificandam probè faciant.
Deinde quod qui in Republica & in iudicij sunt, nō
ad iustum, nō ad æquum & bonum, sed ad id quod
ipsis utile est, respiciant, & figant ac refigant leges
pro sua commoditate.

Ac sanè arbor mala quos alios potest producere
fructus quam malos? Itaq; insigne huius rei exem-
Papatus, pluim Papatus est, qui nihil egit aliud, nulli rei adiungi
lauit diligentius, quam quomodo opes & potentiam
compararent, & non egerent. inde illa sœua tyrannis
orta est, ut ob pauculos nummos excommunicarent
publice

PHETAM MICHAM. CAP. II. 49
publice homines. Sed erit cum ad teruncium eis ratio
omnium factorum reddenda erit.

In Grammatica hic obscuritas est. Nam quod nos
uertimus, Quia potentes sunt. In Ebræo est, quoniam
est (leel) manus eorum. Quia autem uocabulum (El) El.
sepe deo tribuitur: Ideò Hieronymus uertit: Quo=
niam contra dominum est manus eorum. Sed usurpat
tur uocabulum etiam appellatiue, pro forti, potenti,
Et in abstracto, pro potentia, uirtute, sic Prover. 3.
Quando manus tua potens est ut beneficiat, ne neges
intelligenti officium (bhethoth leel iade ha) Sic Deuter.
28. Non erit fortitudo in manu tua (ue en leel iade=cha)
Ad hunc modum hic quoq; propheta loquitur,
sunt parati ad nocendum, & id agunt diu noctuq;
quia sunt potentes, Itaq; inferiores mustare iniuriam
coguntur, depellere non possunt.

Concupiscunt agros, & rapiunt, au=ferunt domos, uiolenter occupant do=mos, & possessiones quorumlibet.

Eleganter exagerat propheta avaritiam impiorum, præsertim autē doctorum. Sicut Christus quoq;
dicit: V& uobis scribæ & pharisei hypocritæ, quo=niā comeditis domos uiduarum. Math. 23

Huius avaritiae insignia hodie exempla sunt, tot
collegia sacerdotum, tot monasteria, tam ampli redi-

tus, tantus splendor ædificiorum. Quis enim unquam fuit, aut hodie est monarcha, qui has opes æquare possit? Iactant donationes Constantini et Cæsarantis; sed si uerum consideramus, donationes istæ sic sunt accipienda, sicut propheta dicit: Desiderauerunt tales opes, et postea rapuerunt: Non quidem aperte ui, sed deceptis hominibus specie religionis, et persuis sis, ut hoc modo sibi gratum ficerent ad æternam uitam. Quanquam exempla multa et nimis nota obculos sunt, ubi etiam manifesta uigerunt, unde enim Episcopis ciuitates et oppida obtigerunt, que non ita ante multos annos fuerunt Imperij?

Ideò sic dicit Dominus: Ecce ego quoq; super generationem hanc malū cogito, unde non poteritis subducere colla uestra, neq; ambulabitis amplius erecti. Erit enim tempus calamitosum

Vtitur propheta hic quoq; eleganti figura, vos, inquit, cogitatis malum contra alios, Ideò ego quoq; contra uos malum cogito, quo ceu uinc uo constrinx gemini, ne possitis subducere colla uestra.

Respicit autem pulchrè ad cogitationes eorum, qui iniurijs oppressi, uim iniustum coguntur ferre. His sic iudicant, quod iij, qui potentia et opibus abundant, certum præsidium habeant contra omnis generis pericula.

P H E T A M M I C H A M C A P II. 99

pericula . In caritate annonæ melior eorum conditio est: nam abundant pane, cum alijs esuriunt . In bello, opibus uidentur redimere posse salutem . In peste mutant loca, & fuga sibi consulunt . Hæc præsidia habent diuites et potentes parata in similibus malis, quæ pauperes & oppresi non habent . Sed dominus minatur futuru, ut his præsidij non subleuentur . Itaq; consolatur propheta pauperes & oppressos, ne dubitent, quin deus iniurias et fraudes potētū uideat, et suo tempore pone puniturus sit . Ut caueant pauperes à uindicta, et se assuefiant ad poenitentiam, siquidē suo tempore dominus ineuitabilibus supplicijs eos subiecturus sit .

Sic superbia & fastus, qui opes sequitur, intolera/
bile quoddā onus uidetur . Sed significat propheta ini/
signem commutationem secutur am esse . Ut sicut infe/
riores coguntur se humiliare & quasi curui, iniurijs
oppressi, incedere, Ita quoq; suo tempore cum domi/
nus poenas expetet, illi erecti & superbè incedentes,
etiam humilientur propter calamitatē ineuitabilem .

Præclara hæc consolatio est, si eam ad exempla et
in rem præsentem transferas . Aegypti fastus intolera/
bilis fuit, Ita enim opprimebatur Israël laboribus, ut pri.
F astus Aegy.
resspirare non posset . Contra Pharaon & sui electi in
summo ocio incedebant . Hic cogitare potuit Israël,
deum ipsorum oblitum esse . Sed quam iucunda cōmu-

52 COMMENT. IN PRO-

tatio secuta est. Israël cum opibus Aegypti securus
abit ad terram promissionis, Aegyptius humiliatur &
perit. Sicut igitur antea erant erectæ ceruices hostium
Ita post ea summa uoluptas fuit uidere hostes, sic circa
cumseptos undiq; terroribus mortis, ut nusquam pateret effugium.

Psalm. 91 Pertinet igitur hic locus ad sententiam Psalmi 91.
Et retributio[n]em peccatorum uidebis. Quare qui oppressi sunt & humiliantur à tyrannis, hi spe hac se
consolentur, et expectent uindictam domini, à pro-
pria autem uindicta abstineant.

In die illa feretur de uobis Prover-
biūm, & miserabilis planctus ædetur,
sic enim dicent: Penitus uastati sumus,
Hæreditas populi mei misere tracta-
tur, Nunquam restituentur nobis agri
nostrī, quos sibi diuisit.

Opus hic est paulò post liberiore translatione,
propterea, quod Ebræa lingua hic suum quendam
proprium loquendi modum habet, Præterquām quod
etiam breuitas obscuritatem auget. Celebrabitur, in-
quit, calamitas uestra sermonibus & carminibus pu-
blicis. Hoc autem erit carmen, Vastatione uastati
sumus. Terra & populus, qui hactenus habuit no-
men, quod esset populus dei, nunc aliud habebit do-
minus

PHETAM MICHAM CAP. II.

minum : nempe Assyrium . Is enim sic uastauit re-
gnum Israel , ut non iterum populo diuideret agros ,
sed suis militibus sicut ex historia notum est

Quia enim hic dicit de finali uastatione , puto
eum tantum de regno Israël loqui , non de uegro Iuda
quod etsi quoq; per Assyrium uastaretur , tamen Assy-
rius eo non potitus est , quin postea domesticis malis
conflictatus , in Iuda nunquam redijt , Sicut patet ex
prophetia Esiae . Cepit enim sub id tempus Babylonio
rum potentia crescere , qui Assyrios tandem uicerunt
¶ Monarchiam transulerunt ad se .

Ideo non erit qui mittat funiculum
in sorte in ecclesia domini .

Perii et hoc quoq; ad Canticum . Atq; hic appa- Regnum Is-
ret iterum loqui eum de finali uastatione , quod sic ab rael finaliter
ducentur cives regni Israël , ut posthac non redituri ,
neq; partem aliquam in ecclesia domini , hoc est , in
populo Israël , habituri sint . Nam quod prophetæ
quoq; concionantur restituendum Israel , id pertinet
ad regnum spirituale Christi , in quo per Euangelium
ad regnum dei uocati sunt Israëlite , qui inter gen-
tes exulabant , & in gentes quoq; degenerauerant ,
non pertinet ad corporale regnum de quo propheta
hic loquitur .

He sunt cogitationes dei contra impios , qui tum

§4. COMMENT. IN PRO-

doctrina, tum potentia abutuntur ad opprimendos
alios, & ad augendas opes suas. Idem iudicium ma-
nebit quoq; impium Papatum, quod propter inex-
pleibilem avaritiam, & pecuniae studium immodicum
nullum idolatrie & impiorum cultuum finem facit.

Quidam particulam hanc (Non erit qui mittat
funiculum) eo accommodant, quasi idem sit cum eo,
Ephe.5. quod Paulus dicit: Auari regnum dei nō possidebunt.
Vera quidem sententia, sed altera historica & pro-
pria magis esse uidetur.

Ne stilletis, imò stillabunt. Ne stil-
letis illis, non enim tanta apprehendet
eos ignominia.

Parum latina hec sunt, & tamen phrasis retinen-
da fuit, qua in alijs quoq; locis scriptura utitur. Ei-
enim usitatum, quod uerbo (Nataph) stillavit, uti-
tur pro docere, prophetare, concionari. Sicut ferè ea-
dem figura pluuiam scriptura uocat doctrinam. Si-
cut Psal. 68. Pluuiam fœcundam segregabis deus ha-
reditati tue. Vbi loquitur de doctrina euangelij, per
Apostolos in mundum uulganda.

Porro incipit propheta hic nouum locum seu con-
cionem nouam, que propriè ad magistratus pertinet
tum ecclesiasticos, tum politicos, qui prophetis hor-
tantibus populum ad pœnitentiam, & cōminantibus
futuram

PHE TAM MICHAM. CAP. II. 99

futuram uastitatem, obstrepebant, Opponebant pro-
missiones huic populo factas de æterno regno Daui-
dis, ac mendacijs arguebant Prophetas, μαρκενῶς.
Igitur hæc accipienda sunt in persona illorum impio-
rum magistratum, qui secure contemnebant minas
Prophetarum, præsumentes de promissionibus huic
populo factis, Sicut initio huius Prophetæ etiam dixi-
mus. Ipsi igitur dicunt: Ne stilletis, ne talia prædicetis.

Responset prophetæ & Dei & Ecclesiæ nomine,
Imò stillabunt, Non frustra erit hæc comminatio, nec
patiemur nos terrori autoritate uestra. Hic iterum
impius Magistratus interponit autoritatem suam, &
non uult ista doceri à Prophetis, Ne stilletis his, inquit
hoc est, Huic populo nolite minari. Addit causam,
Non apprehendet hos ignominia, hoc est, Tu Micha
& alij mentimini, Prædictis uastitatem, sed deus pro-
misit se stabiliturum Dauidi regnum in secula: Igitur
ignominia hunc populum non apprehendet.

Vtile autem est, uidere in Prophetis hæc præsum-
ptionis exempla, sepe enim infirmorum animos hæc
securitas impiorum frangit. Papistas hodie uide, Non
aliter contra nos agunt, quam si diuina uoce confir-
mati essent, suam idolatriam Deo gratam, nostram
autē doctrinā falsam & Deo ingratā esse. Hanc secu-
ritatem Christus quoq; in Euangelio notat, cum de-

96 COMMENT. IN PRO

Synagoga dicit. Et cum occident uos , putabunt se
 Deo officium præstare . Et Ioannes baptista . Quis
ostendit uobis , quod iram Dei effugituri sitis ? Qd.
 tam estis certi iudicium Dei ad uos non appropina
 quaturum esse , ac si diuinitus id uobis ostensum esset
 uoce de cœlo . Eodem plane modo hic prophetam
 iubent tacere , quasi certi sint eum mentiri , & mala
 quæ minabatur impijs , non esse uentura .

Mirabilis breuitas , quæ in hoc loco est , parit ob-
 scuritatem . Itaq;_z variant hic interpretes . Ego hanc
 sententiam iudico esse simplicissimam .

Domus Iacob sic sibi pollicetur , Num
 abbreviatus est spiritus Domini . Num
 hæc sunt opera eius .

Pertinent hæc quoq;_z ad superiora , Accipio enim
 sic , quod per imitationem dicantur in persona impio-
 rum , arguentium Prophetam mendacij , & consolana-
 tum se , quod mala ista non sint uentura .

Emphasis igitur est in appellatione Domus Iacob .
 Domus Ia-
 col. Qd. Nolite credere prophetæ . Num oblii estis nos
 esse domum Iacob ? cui tam amplias promissiones fecit
 Dominus ? Gentibus minetur propheta , que talibus
 promissionibus carent , & in peccatis uiuunt . Nos
 sumus populus Dei . Itaq;_z retinebimus hanc spem .
 spiritum Domini non esse abbreviatum , si quid pro-
 mittito

P H E T A M M I C H A M C A P . II . 37

mittit, hoc etiam potest præstare. Et nota sunt opera
Dei, quibus testatus est, semper se nobis bene uelle.
Nos ex Aegypto liberat, non demergit nos in mare
rubrum hoc enim Pharaoni debetur. Nos in terram
Canaan ponit, non ejicit nos, hoc enim debetur im-
pijs Gentibus. Dei igitur opera in hoc populo sunt,
saluare, liberare, ornare. Non sunt Dei opera, per-
dere, deserere, confundere, sicut Micha mendaci-
ter minatur.

Profectò insignis hæc pictura est impiorum, pro-
ficiuntur mirificè de Dei fauore, etiam tum, cum
calamitas in propinquo est. Fit igitur, ut doctrinam
poenitentie non accipiant. Sicut nostri Papistæ, cum
audiunt damnari Missas suas, & alias impias cere-
monias, non solus eas non mutant nec abijciunt, sed
etiam pertinacius in eas sperant. Vbi contra pijs ue-
rentur, sicut Hiob dicit, opera sua omnia, etiam bona
nec possunt tantam fiduciam promissionum & mis-
sericordiæ sibi induere, quanta in impijs est, etiam Impijs fecimk
pij paula
funt.

cum pessimæ faciunt. Itaq; Satanae artibus occurren-
dum est, Corda timientia Dei, erigenda consolationis
bus. Contra securi minis contundendi & frangen-
di sunt.

Nos qui hodie sanam doctrinam sequimur, in tan-
to mundi & Satanae furore neutiquam sic nos possit

55 COMMENT. IN PRO-

minus erigere , sicut Papistæ se erigunt illa consolatio
ne, Q[uod] Ecclesia non sit peritura . Quoquo enim
uertimus oculos terremur uarie . Mundi & Satanae
furor extremus est, quo conatur hanc doctrinam ex-
tinguere . Hi in quibus præsidij aliquid uidebatur esse
laborant suis quoq[ue] affectibus , aut enim adulantur
Pontificibus propter lucri occasionem , aut non ha-
bent tantum animi , ut se opponant iniustæ tyrannidi
Itaq[ue] uidemus, quam nihil in magistratu ferè præsidij
infirmitas
picrum, sit . Inter nos, qui habemus doctrinam, Dei gratia, sa-
nam , quantum infirmitatis & incommordorum est !
Nec est obscura significatio , nostras Ecclesias labo-
raturas incredibili poenuria Doctorum, De alijs in-
commodis libens taceo . Hæc omnia cum ante oculos
sint posita, non potest non animus omnia metuere.

Pontificum
securitas, &c. At Pontifices uide , hi in manifesta idolatria, in omnis
generis uicijs & peccatis , tamen hanc spem retinent
& plenis buccis efflant . Ecclesiam non perituram.
Cur hoc nos quoq[ue] non facimus, qui et si infirmi sumus
tamen per Christum habemus remissionem peccator-
um, & sanam doctrinam profitemur.

Sed ita sunt ista, Satanae utile est papistas esse quam
securissimos . Sic enim non enendantur, nec poeniten-
tiā agunt . E contra uoluptati ei est, nos angeli & pa-
uerere, ac magis moueri terricula mentis, qua ipse ob-
ligat

Hecit, quam consolatione & promissionibus uictoris et liberatoris nostri Christi. Sicut etiam Prophetarum acerbissimas querelas, contra triumphos impiorum, qui iamiam extremis calamitatibus subiiciendi erant scriptura ubiq; nobis proponit.

Nonne uerba mea bona promittunt,
si recte ambules.

Hic respondet Propheta, & paucis uerbis, quicquid ab impijs potest obijci, confutat. Non quidem, inquit, dico, spiritum Dei abbreviari. Non dico Dei opera esse ut perdat. Sed hec ad eos pertinent, qui boni sunt. Ibi nulla calamitas potest tanta incidere, quin eam Dominus spiritu suo arceat, & suos liberet. Vbi autem homines non recte ambulant, ibi profecto Deus punit, & omnis generis calamitates cumulat.

Atq; hæc sententia est ceu expositio omnium promissionum legalium. Haec enim conditionales sunt. Si cut illa de regno Davidi promisso ostendit Psal. 132. Promittitur Davidi posteritas, promittitur Sacerdotij confirmatio, pax, annona abundans, & omnis generis bona. Sed cum hac conditione. Si filij tui custodierint pacum meum & testimonia mea, que docebo eos. Hanc conditionem impij iudei negligebant, instituebant certos cultus sine mandato Dei, indulgescant cupiditatibus suis, et uerbi nullā habebat rationē.

Hæc peccata postea cum reprehenderent prophete,
 & minarentur uastitatem, Opponebant impij pro-
 missiones. Bene, inquit propheta, Promissiones uerae
 sunt, non mentientur, sed ijs, qui boni sunt, Malis
 enim Deus nihil promittit quam indignationem &
 interitum.

Sic cum Papistæ iactant promissiones Ecclesiæ fa-
 tias, Non quidem nego promissiones esse ueras, Hoc
 autem nego, ipsos Ecclesiam esse, qui Ecclesiam &
 eius caput, Christum, tanta crudelitate persequuntur,
 & pertinaciter idololatriam & impiam doctrinam
 suam defendunt. Sequitur igitur, Ecclesiæ bona loqui
 Deum, sed ijs, qui non Ecclesia sunt, loquitur pessimè
 sicut Propheta de suo populo iam addit.

Porro sepe admonuimus de differentia, que est
 inter promissiones Legis & Euangelij. Propheta hic
 legaliter loquitur, Quod Deus sit bonus, & bona lo-
 quatur, bonis, hoc est, facientibus legem & sequentiis
 bus uerbum Dei, Hoc enim est recte ambulare. Chris-
 tus autem aliter loquitur, Non ueni uocare iustos, sed
 peccatores. Nam remissio peccatorum & uita eterna
 non promittuntur nobis, propter nostram dignita-
 tem, seu opera nostra, Sed propter filium Dei, si agno-
 scentes peccata, credamus ea per Christum expiatæ &
 condonata esse.

Promissio
nes Legis &
Euangelij
diferunt.

P H E T. M I C H A M. C A P. II. 61

Cum igitur pauidæ mentes huiusmodi conciones,
Qualis Prophetæ hic est, ad Euangelij promissiones
transferre uolunt, & statuere, tum demum Deum con-
donaturum peccata, cum boni fuerimus, admonendæ
sunt, Ad promissiones Euangelij nihil à nobis quām
fidem asserri posse, ut quæ per Christum facta sunt,
credamus pro nobis facta esse, & propter Christum
sunt enim remissionem peccatorum & uitam eternā.
Hæc spes seu fiducia retinenda est etiam tum, cum no-
bis peccata nostra obuersantur. Nam qui propter pec-
cata sua, hanc spem seu fiduciam sibi patitur excuti,
hic peccatis peccatum addit, quod sanguinem filij dei
non pluris facit, quām peccata sua, & contra manda-
tum Dei manet in incredulitate.

Porro Euangelium non solum exigit obedientiam
erga Legem, Sed etiam promittit credentibus Spir- Euangellum
tum sanctum, quo Legem implere possint. Sed propter
hanc impletionem, non remittuntur peccata, nec con-
tingit uita eterna, Sed propter fidem in Christum,
qui propter peccata nostra mortuus est, & propter Rom. 4.
iusticiam nostram resurrexit. Quare hic cautos esse
oportet, ne ex Lege Euangelium faciamus, & Pro-
phetam loquentem de Lege, transferamus ad pro-
missiones Euangelij, quæ peccatoribus offeruntur Matth. 5.
& ad peccatores pertinent, Sicut Christus dicit. Non

ueni uocare iustos , sed peccatores.

Populus autem meus iamdudū ho-
stiliter se gerit, Et spoliat ueste & pallio
eos, qui sine metu periculi prætereunt,
et bello reuersi.

Quia obijciebant promissiones impij, et ijs se col-
solabantur, neglecta poenitentia fecit Propheta dissi-
ctionem admodum necessariam, et dixit , promissio-
nes tantum pertinere ad eos, qui recte ambulant , hoc
est, ad eos, qui uerbum sequuntur et pijs sunt. Ostendit
autem iam populum Iacob, non esse talem, Quid,
inquit, hostiliter se gerit, exercet intollerabilem tyran-
nidem in eos, quibus tanquam fratribus debebat par-
cere. Igitur non promissiones, sed minas talibus pecca-
toribus propositas, ad se pertinere putent.

Hieronymus aliam sententiam secutus est. Simplicius
citer seu secure ambulantes , conuertistiis ad bellum,
hoc est, Seritis lites, ubi lites non sunt : Sicut Pontifi-
ces mendacijs et calumnijs suis, sape amicissimos Prin-
cipes in mutuam perniciē impulerunt. Sed nostra sen-
tentia propria est, et cum Grammatica conuenit.

Mulieres populi mei ejcitis ex ca-
ris suis ædibus , A paruulis carum,
aufertis ornatum meum in perpetuum.

Pera

RHETAM MICHAM. CAP. II. 69

Pertinet hoc quoq; ad descriptionem uiolentie
contra pauperes, quam etiam initio huius capituli re-
prehendit, <sup>Ido' osatrla
cum auaricia</sup> Idololatria enim semper cum auaritia coniuncta
coniuncta est.

Est autem maior crudelitas, uiduas & pupilos
exuere fortunis, Sicut Christus quoq; in pharisaeis
hanc crudelitatem damnat, Væ uobis, qui comeditis ^{Matth. 23.}
domos uiduarum. Quia enim iniurijs aptiores sunt,
debebant eorum patrocinium suscipere, præsertim
qui in Magistratu sunt. At inquit, Ex domibus deli-
cierum suarum eas ejicitis, hoc est, ex caris & gratis
^{edib; v;}, sicut Græci dicunt, ὅικος φίλος, ὅικος ἀγεισος
Optima enim domus ea est, in qua libenter es. Sic Vi-
duis & pupilis domus sue, ceu niduli uerè deliciarū
domus sunt, etiam cum non sunt magnificæ, Ibi enim
libenter sunt, & sicut Germanicè dicimus: Sunt domi
sue. Hunc affectum, ad augendam crudelitatem au-
torum hominum, Propheta exprimere uoluit.

Vocabulum (Heder) significat decorem & ma- ^{Heder.}
gnificantiam, que in ornatu seu uestitu est. Vocat au-
tem hoc in loco sic hereditatem, que liberis, patre or-
batis, obuenit, huic infidiamini, inquit, & damno nun-
quam resarciendo afficitis miseris paruulos uiduarū.
Surgite igitur & abite, Nō enim hic
amplius manebitis, Quia enim polluta
est

44 COMMENT. IN PRO*

est terra hæc, vastabitur & quidem extrema vastatione.

Hic claudit institutum sermonem contra auariciam impiorum Doctorum & Magistratum. Quid ita crudeliter tractastis miserias uiduas & eorum parvulos, reddentur uobis paria, ejusdem enim uos quoque. Frustra igitur speratis, uos hic habituros fixas sedes. Nō erit hæc quies uestra, emi, grandū erit in genites, et ibi ferenda erunt omnia captiuitatis incommoda.

Hanc particulam itaq; etiam ita accipio, quod hæc pertineant ad regnum Israël, quod penitus erat per Assyrium vastandum, tum propter idolatriam, tum propter auariciam & alia peccata, quæ Propheta recensuit. Quia autem auaricia pañim immanis exercetur ab omnibus ordinibus, existimabimus hæc conciones etiam ad nostri seculi homines pertinere. Nam paria peccata paribus poenit pensantur.

Si essem vir uanus & mendax, & prophetarem tibi de uino & sicera, tunc essem propheta gratus huic populo.

Breuitas semper obscuritatem parit, itaq; de his sententia aliud aliorum iudicium est. Hieronymus Lu. particulam (Lu) reddidit pro utinam, Sed parvam sententiam inde colligit. Hæc nostra simplior & instituto aptior est. Conquestus enim est Propheta

PHETAM MICHAM CAP. II. 63

pheta, quod non solum non potuerit Iudeos ad poenitentiam istis futurarum calamitatum comminationibus perducere, Sed quod omnino conati sint, prohibere doceret. Ad eam querimoniam pertinet quoque hæc particula. Quasi dicas. Frustra uobis prædico, cum futuras calamitates prædico. Si autem abundantiam frugum, pacem, opes, magnificas uictorias, uobis promitterem, si commissationes, crapulam, & luxum uestrum probare, tunc essem uobis gratus propheta.

Vtitur autem eleganti figura, quam latine non possumus reddere. Vocat enim (Isch holech ruah) virum uento ambulantem, hominem uanum, ex uana promittentem. Cuiusmodi doctores tum in populo multos fuisse indicat, qui conniuentes ad peccata populi, consolabantur eos, promittebant uictorias contra gentes. Tales doctores, inquit, uobis grati sunt, me autem ferre non potestis. Sed ambulant tales inuenio, hoc est, uana promittunt.

Hæc iam est secunda concio, in qua auariciam, maximè eorum, qui in ecclesia præsidebant, damnat, & minatur uastitatem. Nunc pro more prophetarum discedit à populo præsenti tam malo, Et pios consolatur egregia concione de regno Christi.

Profecto uniuersam domum Iacob congregabo, Profecto colligam reli-

Vir uente
ambulans.

66 . COMMENT. IN PRO-
quiā Israēl, in unum eos redigam, tan-
quam gregem Bozra, tanquam gre-
gem in uno ouili conclusum, Fremi-
tus erit præ multitudine hominum.

Hactenus hortatus est Propheta populum ad pa-
nitentiam & opposuit cogitationes dei cogitationi-
bus impiorum & securorum hominum, qui rerum po-
tiebantur, & libere faciebant quicquid libebat.

Nunc transitione utitur. Transfert enim sermo-
nem à præsenti populo & corporali regno ad regnum
Prophetarū
mos, &c. Christi spirituale. Hic enim prophetarum mos est,
Postquam impios securè peccantes castigarunt, ac
prædixerunt futuram uastitatem. Tandem etiam de
regno Christi æterno cōcionantur. Idq; propter piis,
non solum ut hoc modo eos consolentur, sed etiam ut
spem augent, ne metu corporalium incommodiorum
de regno Christi desperent.

Multum autem refert in Prophetarum lectione,
Transi-
tes prophe-
tatum abru- diligenter has transitiones obseruare. Sepe enim
nimis abruptæ sunt, ut uix credas prophetas ab insi-
tuta disputatione, sine ulla occasione, tam repente
digredi. Si igitur sequentem hunc locum cum prio-
ribus connectere, & de externa seu corporali restitu-
tione populi intelligere uelis, tota uia aberraueris.
Quando enim regnum Israēl restitutum est? Si autem non

PHE^TAM MICH^AM. CAP. II. 67.

tem non e^t restitutum, quid propheta uult, qui dicit
restituendum? iudei quidem his promissionibus indu-
cti, pertinaciter sperant liberationem corporalem,
sed frustra. Non enim de corporali, sed spirituali libe-
ratione, loquitur propheta, que sit per Euangelium
de Christo inuulgatum in toto orbe terrarū, ibi totus
Iacob & reliquie Israēl dispersæ sunt, qui per fidem
Euangelii accipiunt, et credunt per Christū remissio-
nem peccatorū et uitam eternam. Hanc congregatio-
nem, quia iudei non intelligunt, fit ut quanto longius
expectent & sperent, tanto minus sp̄i relinquatur.

Sed inquieris. Cur ista non clarior à prophetis signifi-
cata sunt? Respondeo. Filius qui in sinu patris est, Ioan.
enarravit nobis. Fuerunt enim hæc inuoluenda, ut
claritas euangelij differret à claritate legis & eam
vinceret. Christi & Apostolorum conciones hæc Claritas Eo
mysteria omnia clarissime interpretantur. Hos cum
iudei nolint agnoscere, merito cæcitate ista horribili
detinentur.

Quod igitur ad uerba prophetæ attinet, diserte
dicit: Totum Iacob congregandum, & Israēlis reli-
quias colligendas. Sicut etiā promissio Abrahæ hæc Promissio
uniuersalis est, In te benedicentur omnes gentes. nes uniuersal-
les non sungs
ad euentum
accordiq.
andæs

Hic incerti lectores iterum impingunt, et uniuersales promissiones referunt ad euentum, qui maxime

particularis est. Neq; enim omnes credunt, ideo ne
saluantur omnes. Tenendum igitur discriminem est, ad
liud enim est, benedicentur in te omnes gentes, Et ad
liud: Omnes gentes promissionem hanc de benedictione
ne accipient. Nam Euangelium offert quidem omnibus
bus remissionem peccatorum & uitam æternam per
Christum, sed non omnes hanc promissionem euange-
lij accipiunt. Ita hoc in loco dicit propheta: Vniuersa-
sum te Iacob congregabo, Et tamen euentus docet nis-
tum partem populi euangelio non credisse, &
ideo abiectam esse. Sicut propheta idem ostendit, cum
dicit de reliquijs Israël.

Cur igitur, inquieris, sententiae sic uniuersales sunt?
 Ideò scilicet, ne quis se ab Euangelij promissione ex-
 cludat. Christus enim non unius populi, aut tempo-
 ris thesaurus est, sed offertur per uerbum omnibus.
Quod autem Christum non omnes accipiunt, ipsorum
culpa fit, quod non credunt, ex indulgentia
credulitati suæ. Interim manet sententia dei & pro-
missio uniuersalis, Quod deus omnes homines nulli
saluos esse.

Ad hunc modum propheta quidem dicit: uniuer-
sum Iacob colligendū, Deus enim nult Christum esse
Ioan.3. cōmūnem thesaurum omniū, sicut dicit Christus: Ita
dilexit deus mundum, ut daret filium suum, ut omnis
qui cre-

*Cur promis-
siones sunt u-
niuersales, &
tamen non enen-
tu sunt parti-
culares.*

PHE TAM MICHAM CAP. II. 89

qui credit in eum, non pereat, sed habeat uitam æternam. Ecce colligendi studium, ut omnes colligant in unum ouile, ad unam gratiam per Christum. Sed huic voluntati dei obſtunt increduli, cum uerbo parere, & id accipere nolunt. Itaq; tantum reliquæ Israël colliguntur & ſaluantur.

Vtitur autem propheta ſimilitudine ſumpta à pastore & ouibus, quæ non ſolum in prophetis, ſed in novo testamento etiam ſepe uſurpat. Complectitur enim multa, quæ ex Chriſti officium iuillrant, & nos quoq; de ecclie fortuna docent. Nam ipfe Chriſtus paſtoris nomen non uno in loco uſurpat, Vt Christus paſtor.
ouſtendat regnum ſuum non uiolentum nec corporale eſſe, ſed in eo poſitum, ut paſcat oues uerbo, ſicut diſerte dicit: Oues meæ uocem meam audiunt. Et in psalmo: Virga tua & baculus tuus, ipsa me consolata ſunt. His pastoralibus instrumentis uerbum ſignificatur, quod & ad docendam eccliam, & lupos arcen dos aptum eſt.

Sic ecclia ouium ſeu gregis nomen habet, non ſolum ideo, ut innocentiam præſet, nemini uim faciat placida & mitis ſit, ſed magis ut ſignificetur eſſe eccliam ſubiectam afflictionibus & oportunam iniurijs. Sicut propheta de Christo dicit: Sicut ouis ductus eſt ad mortationē. Et Psalm. Sumus ſicut oues occisionis

Similitudo
de ouibus

Psalm. 23.

Ecclesia no-
men gregis
ſeu ouium
habens

AUG

f 3

Atq; *huc pertinet illud insigne periculū*, quod ouiliat
Psal. 44. à lupo est, hoc est, *Prīmū ab ipso Satana*, detinēt à fata
 nae ministris hoc est à falsis doctoribus et tyrannis: hi
 enim cōiunctis studijs hoc agunt, ut ouicularia à passio-
 ne suo uero auellant & precipitent in damnationem.

Ministri p-
scotis. &c. His malis quia medetur ministerium, Ideo euā
 ipsi ministri pastorum nomen habent. Sed unus & ue-
 rus pastor est dominus noster Christus Iesus, us enim
 solus ponit animam pro suis ouibus, Obicit enim se
 deuorandum & occidendum Satane, ut hoc modo
 ouibus paretur securitas & uita æterna. Hæc confe-
 latio, quia uera & certa est, Ideo propheta eam p̄i-
 hic proponit, ut captiuitatis incommoda hac spe leni-
 rent & uincerent. Sicut nos quoq; consolamur homi-
 nes in afflictionibus, ut meminerint eas pensando et
 ternis bonis, quæ Christus paſtor ouibus suis prome-
 ruit, qui animam suam pro eis posuit.

Quod de uno ouili dicit: eandem rationem ha-
 bet cum eo, quod Christus in Euangeliō dicit, Ioan. 10.
 Qui enim in Christum credunt, sunt collecti in idem
 uerbum, in eundem spiritum, in eandem sp̄em, in ean-
 dem remissionem peccatorum & uitam, siue sint Iudei
 siue Gentes.

Ideo autem uniendi uerbo Propheta utitur, quia
 regnum Israēl totum à regno Iuda alienum erat: Ha-
 intuicione

PHE T A M M I C H A M . C A P . III . 71

inimicitiae, inquit, cessabunt, cum Euangelium inuulgabitur, Erunt enim omnes, sicut oves conclusæ in uniuersitate, quæ simul pascuntur, sub eodem Pastore.

Fremitus erit præ multitudine hominum

Hebraicè sic est (Thehimenah Meadam) Tumul^{Tumulus} tuabuntur præ hominibus. Sed nos ferè tumultum intelligimus de motu, qualis est in seditione. Vocabulum autem (Hom) propriè significat fremere, Sicut Vergilius hoc uocabulo ubiq; ferè utitur, cum in magna concione, confuse uoces, ingentem sonum ædunt. Sicut etiam uocat fremitum maris, sonum quem allisæ undæ scopulis ædunt. Sic in Proverb. Cap. i. (Berossch homijoth) in capite coetuum, hoc est, In concionibus, ubi magna multitudo hominum est, & fremitum edit.

De sententia igitur non dubium est, uelle Prophetam hoc, Quod Euangelium per totum mundum fit uulgandum, & quod tanta sit futura multitudo credentium & copia, ut sit ceu species tumultus. Nam ubi magna hominum frequentia est, ibi confuse uoces, tumultum quendam referunt. Pertinet itaq; hec particula, ad conuerzionem Gentium, & ad ipsum ministerium uerbi, quod ideo etiam tumultuantium uocibus comparatur, quia commouet mundum, & mundus se ei opponit.

Conuercio gentium.

Ascendet autem ante eos perruptori,
ac perrumpent ipsi quoq; & ingre-
dientur ac egredientur per portam.
Rex eorum præbit eis, & Dominus
erit dux eorum.

Quod Hieronymus uertit Pandens iter, est (hd)
porez diruptor, dissipator, qui perrumpit ui.

Christus uo-
catur perru-
ptor Nam
& obfistitur
ei, & tamen
perrumpit.

Est autem hic locus mire elegans & plenisimus
consolationis. Primum enim uocabulum dissipatoriū
continet significationem crucis & obstaculorum.

Deinde etiam certae liberationis, Q. d. Do ouibus
meis uitam æternam, & duco eas ad uera pascua. Sed
hoc magno constat. Neq; enim trita aut expedita uis
est, multa obstant, quæ electos morari conantur: nema-
pe Satan, mors, peccatum, lex. Quid multis? totus ue-
tus Adam obstat. Falso autem ut et si obstacula sint,
tamen uos non morentur. Præmittam diruptorem
Christum, qui perrumpet & tollet omne offendicu-
lum, is parabit uobis uiam, fracta Satanae & mortis
potentia, ut facilis postea sit transitus adiutis spir-
itu meo.

Cæterum, ut dixi, hec uia carni asperrima uide-
tur. Ideò Christus in Euangilio de regno Dei dicit,
quod Biæscæ, id est, uiolenti rapient illud. Sicut Pro-
pheta hic dicit (Parezu) perrumpent ipsi quoq; uir-

PHE TAM MICHAM CAP. II. 73

tute ducis sui. Oportet enim carnem mortificari & se opponere toti mundo & Satanæ, conanti nos impedire & morari, ne hunc dissipatorem sequamur.

Sed consolatur nos in his difficultatibus Christus dicens: Confidite, ego uici mundum, hoc est, ego per rupi. Vos etiam me duce perrumpetis ad regnum dei, ut illud uobis pateat, ut egrediamini & ingrediarni per portam, hoc est, ut per ministerium Euangelij etiam alios ad regnum Dei perducatis. Porro non est obscurum, quanta ui Satan se ministerio Euangelij opponat. Itaq; necesse est, ut qui in ministerio sunt, uere sint perruptores, qui nullam iniustam uim, pericula nulla formident. Sed magna animi constantia perruptant.

Dixi supra uerbum perrumpendi, significare cruentem, quod per mille pericula rerum perrumpendum est. Quare cum constituat Christum esse (Porez) seu Perruptorem, ostendit eum esse uere hominem, & luctari cum periculis tanquam hominem. Sicut testantur agonie ille in morte & cruce, Quia autem uincit in periculis illis, & per eam uictoriam sibi parat populum & regnum, Ideò dicitur rex noster.

Sed idem etiam hic appellatur (lehouah) quod non soli Deo tribuitur. Itaq; hoc testimonium observant sacrarum rerum studiosi, quo Christi diuinitas

Christus uerus homo & Deus.

f s certo

74 COMMENT. IN PROPHETAM MICHAM
certo affirmatur. Sicut infra quoq; cap. 5. Prophetam
idem claris & minime dubijs uerbis ostendet.

Hanc breuem concionem de liberatore nostro
Christo & regno eius propheta intertexuit, tanquam
insignem gemmam. Nunc redit ad suum populum.

C O M M E N T^T
IN PROPHETAM MICHAM
C A P. III.

Et dixi, audite quæso capita Iacob, &
principes domus Israël, An non uestrum erat ius nosse?



UDIVIMVS tres Prophetae conciones. Due prioris
concionantur de peccatis idolatriæ & auaritiae. Tertia
est consolatio de regno Christi, qui tanquam pastor
ouium, Ecclesiae sue curam habiturus & eam gubernans
naturus fit.

In hoc capite proponitur quarta concio, cuius
idem Argumentum est cum duabus prioribus. Quia
autem tota posita est in reprehensione externorum
viciorum. Auaritiae, crudelitatis, iniuriarum, quibus
principis

PHE T. MICHAM CAP. III. 79

principes & sacerdotes populum onerabant, præter Grammaticam, quæ ipsa tamen facilis est, nihil est, quod Lectorem morari posse.

Est autem hæc illa uehemens concio, de qua Iere-
mias loquitur capite 26. ac scribit eam à Mi- Iere. 26.
cha tempore Ezechiae habitam, nec tamen ab Eze-
chia propterea occisum esse. Cum impius rex ob re-
petitam hanc comminationem, Ieremiam occidisset,
nisi à senioribus defensus esset. Satis autem patet ex
eo loco, neq; Micham caruisse periculis, sed boni regis
ope fuisse tutum. Non solum enim tyrannus ueritatis
impatientissima est, sed causas fingit, cur hæc Docto- Tyrannis ue-
rum libertas coherceri debeat. Sicut nostro tempore
proh dolor nimis multa exempla extant, que aliqui
tolerabiles Magistratus, ueritate offensos esse ostendunt. Fit enim quod Aristoteles bellissima fabula o-
siedit. Ut leones ægre patientur siti à leporibus qua-
si leges præfigi, ad quas consilia & facta sua diri-
gant. Dum igitur lepores pio studio concionantur
leonibus, aut leonum unguis, cum discriminè expe-
ri, aut uitam fuga tueri coguntur.

V sitatum autem est hodie in aulis, ut liberiores
conclaves, in quibus Magistratum uitia notantur, Vitæ Magi-
stratum, &c.
sediciosas esse dicant. Sed si sediciosum est, Magistra-
tu m uitia notare, queso te, quid de Micha dicemus,

qui

76 COMMENT. IN PRO-

qui non dixit, sed scripsit quoq; hæc? Ac palam ostendit se non cum rusticis, sed cum ipsis Principibus & Capitibus domus Iacob & Israël agere. Sed impudenterissima oratio est, Micham, & alios idem cum Michal facientes, seditiones vocare. Num enim ueritas seditionis causa est, que ex Deo grata est, & peculiariter ministris uerbi commendata? Sacrae literæ & experientia quoq; prolixè testantur, seditiones esse poenæ diuinitus immisæ, non propter ueritatem Doctoribus mandatam, sed propter peccata Magistratum, que ob certas causas notanda sunt, non dissimulanda aut tacenda. Nam dissimulatio Deum ultorem & iudicem talium peccatorum excitat.

Primum enim cum Magistratus in republica sit, quasi caput in corpore humano, non potest cum fructu medicina adhiberi reliquo corpori, nisi prius caput sanatum sit. Sicut enim ferè frustra hortamur uulnus ad pietatem, ubi ipse Magistratus nullam religios curam habet. Ita si Magistratus recte institutus Magistratus sit, sua sponte uulnus severitate poenarum, ad modum admonendus sui officij rationem & studium uirtutis reuocat. Quare pio Doctori prima cura debet esse, de Magistratu, ut admodum officij, ut reuocet eum ab usitata licentia, quam propter potentiam sibi sumit. Hoc autem queso quo modo poterit fieri, si Doctor ad omnia peccata

ta conniveat & dissimulet omnia?

Deinde uerum est, quod Satyricus dixit: Omne ac
nimi uitium tanto confpectius in se, crimen habet, quant
to qui peccat maior habetur, Sicut enim persona publi
ca est, ita etiam peccata Magistratus publica sunt, et Magistratus
peccata, &c.
latius patent quam priuatorum. Non solum ratione
scandali, quod uulgs proclive est ad principum uia
tia imitanda, Sed quod Magistratus postea languis
dior redditur ad ea reprehendenda & castiganda in
subditis, que ipse in se agnoscit. Hoc uero illud est ins
gens malum, cui omni studio pij Doctores cum Micha
debent occurrere. Quoties enim testatur Dominus,
se quasi placatum esse, seuera animaduersione in fla
gitiosos? Ergo ubi Magistratus in hac parte suum
officium non facit, ipse Dominus, cuius iudicium est,
iudicium cogitur exercere. Sed id nunquam ferè fit
sine publicis calamitatibus, Sicut hoc in loco Prophes
ta testatur, Propter huiusmodi principum peccata,
Zion ut agrum arandum, & Ierusalem funditus de
lendam, ut nihil sit nisi aceruu lapidum.

Tertio, Prophetarum haec singularis uocatio erat Prophetarum
uocatio longa
laus
ut que Dominus per uisiones aut alio modo reuelarat fideliter nunciarent. Etsi autem haec hodie ferè desie
rit, tamen exemplum ostendit, Deum uelle, ne dissimulen
tur principum peccata. Et in nouo testamento gene
rale

rale mandatum est Prædicandam esse poenitentiam.
At hanc principibus quomodo prædicabis , nisi ma-
nifesta ipsorum peccata, que cum ingenti subditorum
scandalō committunt, arguas ? Hæ & similes ratio-
nes prophetam vindicant à crimine seditionis.

Qui odio habetis bonum , malū au-
tem diligitis, Qui pellem & Carnem
eorum de ossibus eorum abripitis.

Pulchra figura expressit crudelitatem , quam in
subditos exercebant. Ac Germani eadem figura utan-
tur, cum extremam uiolentiam significare uolunt,
Sic enim dicunt, Er schindet seine arme Leute bis auf
den Grat oder marchbein.

Hæc tragica figura ostendit, quantū peccatum in os-
Auaricia. culis dei sit auaricia. Magistratus sepe cogitat , Et si
iniurius in subditos, tamen nō esse magnū peccatum, si
wū & alterū aureū præter ordinaria onera exigat.
Sed prophetā hic audi tragicē exaggerantem pecca-
tū hoc, Dicit enim idem esse, ac si pellem detrahass, ac
Industia ex a. cto. si ossa nudes carne, ac si nudata ossa tandem imman-
iter conteras ac confringas. Hæc quis quæso parua dis-
cet ? Quis non hanc summam existimabit esse tyran-
nidem & immanitatem ? Itaque hic locus, ut si quis
alius in tota scriptura , grauiſſimam reprehensio-
mem auaricie habet, non solum quoā poenam grauiſſi-
mam

proponit, sicut sequetur. Sed quod ipsam peccatum
magnitudinem sic tragice amplificat.

Qui comedunt carnem populi mei,
qui nudant eos pelle sua, & ossa eorum
confringunt, & concidunt tanquam in
ollam, & sicut carnem, quæ in ahenum
ponitur.

Perstat in descriptione violentæ & tyrannicæ auaricie. Vere enim auaricia cum tyrannide & iniuria coniuncta est. Avaricia cō
tyrannide cō
tuncta.

Porro hæc commemorationis auaricia & tyrannide tam copiosa, non solum eo ualeat, ut qui temporibus Michæ in administratione tum Reipub. tum Ecclesiæ fuerunt, emendarentur, & curam de priuata re augenda, conuerterent ad Rempub. & Ecclesiam sanandam & iuuandam. Sed sunt ceu oracula quedam ad nostra quoq; tempora utilia, ut qui in Magistratu sunt, siue politico siue Ecclesiastico, sciant hanc quoq; unam esse tentationem, qua Satan eos cogitat abducere à uia, & inducere in peccata, ut tanto maiore studio, tum iniustam uim, tum auariciam discant fugere.

Nostro seculo immodece crevit aulicus luxus, Cum igitur ordinarij redditus ad tolerandos tantos sumptus non sufficiant, uidemus nouis et inusitatis exactiobus subditos gravari. Prætexuntur quidē publica pericula Aulicus luxus, &c.
Sed

20 COMMENT. IN PRO-

Sed nemo non uidet causam talium exactiorum esse,
quod maiores sumptus, quam pro re, faciunt Principes. Quare haec Michæ concio prijs Principibus debebat esse admonitio, ut occasiones omnes fugiant, ne potentia sua ad exauriendos subditos uiolenter abutantur.

De Presbyteris, quos in nostris Ecclesijs habemus, non ualde opus est admonere. Sic enim fere ubiq; parce ac illiberaliter à suis habentur, ut procul sint ab omnibus suspicione auaricie, uix enim habent unde se & suos alant. Et tamen si qui occasionibus parandarum opum intenti sunt, hi meminerint, ut rationem habeant sui ministerij, ne id aut de honestent priuatis cupiditatibus, aut eo abutantur ad questum.

Papatus ann. ricta. Cæterum Pape turba hic suum locum habet, qui uerè uiuunt ex rapinis. Etsi enim nunc de iusto titulo possessionis glorientur, tamen initia uide, quibus rationibus cœperint crescere. Nisi homines impia & clementia doctrina dementassent, nunquam ad tam suopos peruenissent. Et ne ipsi quidem negare possunt, quod in nulla parte sint Ecclesiæ utiles. Nisi fortasse Ecclesiæ putamus prodesse, alere scorta, equos, com-

Matth. 10. messari, ludere, crapulari, & similia. Sed relinquimus eos suo magistro, qui animam occidere & corpus in Gehennam potest proiecere, Nos enim non uiudimur.

PHE^TAM MICHAM. CAP. II. §

iunt. Si qua tamen moderationia ingenia sunt,
hec mirum est, si non perturbantur animo, cum tan-
tas opes, ad otium concedi uident, ac fruuntur be-
neficio, nullum prestantes ecclesiae officium. Sed
iam poenam audiamus.

Tunc clamabunt ad dominum &
non respondebit eis, & abscondet fa-
ciem suam ab eis in tempore illo, quia
male egerunt operibus suis.

Solent prophete, cum oportunum est, imitari
Mosen, sicut & hæc phrasis Mosaica est desumpta
ex cantico Mosi. Significat autem abscondere seu a-
uertere faciem, est irasci. Sicut è contra ostendere
faciem, illuminare uultum, est clementer aspicere,
fauere, & bene uelle. Sicut Psalmo 79. Ostende fa-
ciem tuam & salui erimus, Salus enim uera est, cum
deus fauet, cum diligit & clementer nos respicit. Se-
cundum notam sententiam Pauli, Si deus pro nobis, Rom. 8
quis contra nos?

Abscondere
& ostendere
faciem.

Porro diligenter notabis hunc textum. Minatus
supra est, tam iniustis & auaris hominibus captiu-
itatem & exitium. Id cum per se graue sit, Hic gemi-
nat poenam, cum etiam auxilium omne negat in cala-
mitate. Atq; hæc poena proprie pertinet ad impoeni-
entes, qui admoniti uerbo dei, tamen non desistunt

Poena impo-
sternū, &c.
male agere. His ad poenas corporales etiam hæc ^{ad}
cedit, quod deus orantes non uult audire, quia ipsi
quoq; deum, uocantem ad poenitentiam, audire nolue-
runt. Ita non solum fortunas per auaritiam & impie-
tatem partas amittunt & implicantur calamitatibus
amittunt simul promissionem liberationis. Non ideo
solum, quod deus audire eos nolit, qui tam diu deum
frustra concionantem & admonentem noluerunt au-
dire, sed quod ipsi etiam cum orant, tamen per con-
scientiam suam confusi, salutem sperare non audent.

Auxili magi-
straus: Hæc crux fixa est auaris magistratibus, ut in cala-
mitatib. nihil habeant quod sperent. Grauis enim sen-
tentia est, Clamabunt ad dominum, & non responde-
bit eis. Vnde igitur auxilium petere aut sperare po-
terunt, si dominus in calamitate eos non respiciat?
Sed tanquam iratus hostis oppressos magis opprimat.

Hæc cogitare debebamus, & his cōminationibus
credere, tunc minus essemus ad peccandum prompti,
& timor domini expelleret ex animis nostris securis-
tatem. Ac sane sunt aliqui, quos hæc uaticinia et com-
minationes mouent. Quanquam maior pars opibus
potentia, uoluptatibus suis capti & dementati, hoc
non prius credunt, quam experiantur.

Impeniten' es Dixi autē impenitentib. hæc prophetam cōmina-
ri, hoc est, ijs, qui uerbū audiunt, sed ei non obtempe-
rant,

P H E T A M M I C H A M C A P . I I I . 83

Fant, quicq; tamdiu secure peccant, donec à poena ap-
prehēduntur. Hoc enim est quod addit, Auertet in illa
tempore faciē suā, tanquā ab his, qui male egerunt o-
peribus suis. Hoc est, qui non desierunt ante peccare,
quam ab irato deo pœnis essent circumuenti.

Monet itaq; locus hic omnes magistratus, ne in-
dulgeant cupiditatibus suis & oneri sint subditis, sed
ut custodiant iudicium, Alioqui futurum, ut sine om-
ni auxilijs spe extremis malis circumuenti pereant.

Porrò, ut hoc quoq; admoneam h.ec legis senten-
tia est, que concionatur impenitentibus certas &
inevitabiles calamitates. Sic Manasse nulla ratione
potuit deprecari exilium & captiuitatem. Et tamen
cum postea agnosceret peccatum, & rogaret ueniam
non repellitur à deo. Ita statuamus, et si pœna evitari
non potest, tamen per poenitentiam & fidem patere
omnibus redditum ad gratiam, sicut Euangeliū docet.

Sic dicit dominus contra prophe-
tas, qui seducunt populum meum,
eumq; lacerant dentibus suis & cla-
mant: Pax. Si quis autem non dede-
rit eis quod uorent, parant contra eum
bellum.

Hactenus de magistratu politico. Nunc de pro-
phetis & doctoribus concionatur, conferentibus mini-

84 COMMENT. IN PRO-

sterium suum, non ad hominum salutem, nec ad gloriam Dei, sed ad suum quesum.

Vtitur autem hic quoq; tragicis figuris, cum impij docto-
res lacraram populum dentibus. Non
populum autem solum referendum hoc est ad incommodum for-
tunarum, quod patiuntur auditores propter doctorum
avariciam, sed magis ad incommodum animarum &
salutis. Quare tum à prophetis, tum ab ipso Christo
Lipi. Et Apostolis lupi uocantur, qui lacerent ac lanien-
fidei sue commissas ouiculas, seducendo eas.

Porro elegans figura est in eo quod additur, cla-
mant p. ix. Si quis autem ori eorum non dederit, ad-
uersus hunc parant bellum. Vocabulum pacis notum
est, significat enim quod pseudoprophetæ consolas-
bantur populum, contra illas sanctorum Prophetarum
comminationes, ac promittebant omnia fausta & felici-
tia. Hoc autem, inquit propheta, faciebant ideo, quia
uidebant populum & principes talibus concionibus
delectari. Sicut igitur Michæ & collegis eius ueritat-
odium conciliabat, ita hi propter mendacium in pre-
cio erant & laute habebantur. Semper enim ita fa-
ctum est, ut mendaces prophetæ cum uoluptate audi-
rentur, & hominibus grati essent. Contra, ut p. ij &
ueri negligenter, esurirent, & essent in odio, præ-
cipue magistratus & principum.

Porro

Mendaces
Prophetæ.

PHE TAM MICHAM. CAP. III. 85

Porrò notanda hoc in loco prophetæ phrasis est
Non enim ut transtulimus, dicit: quod parent bellum,
lum, sed dicit eos sanctificare bellum (Kitschu alaf ^{Sanctificare} Milhamah) Ac si dicas: non quidem gladio contra
eos pugnant, qui nihil uolunt dare (sicut ciuilis Ma-
gistratus qui gerit gladium) habent suum peculiare
bellum, quod excommunicant, quod excludunt tales
ab ecclesia, quod damnant tanquam hæreticos, &c.
Atq; hoc faciunt eo titulo quod sint sancti, quod sint
ecclesia, quod sint sacerdotes, leuitæ, &c. Hæc phras-
sis latine non potest satis perspicue reddi.

Conuenit autem hoc pulchre, cum papistarum ar-
tibus, sicut enim pseudoprophetæ Iudeoshorta-
bantur ad frequentanda sacrificia, & dissimulatio
reliquis peccatis, promittebant omnia reclissime ha-
bitura esse, si liberaliter & sepe sacrificarent. Ita ^{Artes pap-}
nondum ex memoria hominum abijt, quo conatu,
quibus artibus papistæ homines induxerint ad redi-
mendas indulgentias, ad ornanda templa, ad Mis-
tas, ut uocant, uouendas. In his omnibus erat questus
longe maximus.

Si qui autem uel contra dicerent: uel hæc sibi per-
suaderi non paterentur, dic mihi: An non ut propheta
hic dicit: erant ei parate lites, & certa pericula
subvenient? Adhuc hodie, si quis in ijs locis, ubi Euani-

86 . . . COMMENT. IN PRO-

lium nostrū à magistratu damnatur, nō iubeat defuncto parenti exequias, ipsorum more fieri, si non missis si non alia usitata in Papatu, certa pecunia redimatur statim Lutheranus habetur, & habet paratas lites à monachis, tyrannorum lictoribus. Adeò nunquam similitudinis est impietas, licet dissimilitudo mortali et temporalium sit maxima. Sed quod iudicium manebit hos impios doctores & seductores? hoc scilicet.

Ideò uilio uertetur uobis in noctem & diuinatio in tenebras, Occidet sol super prophetas & obtenebrabitur super eos dies.

**Poena impio-
rum doctorum** Hoc est, Quia abutuntur impij doctores ministerio suo ad questum, fiet ut excacentur, & non solum deprehendantur falsa prædixisse et docuisse, sed etiam si uelint & cupiant uera docere, non tamen possint.

Vigilo. Antitheses satis notae sunt (Hason) uisionem significat, hoc est, prophetie donum, sicut usitatum est, **Videntes.** uidentes nominare prophetas. Huic opponit neminem quæ omnia inuoluit tenebris & confundit, ut significet extremam cæcitatem. Sic uidemus multos, quibus initio nostra doctrina non solum non displaceuit, sed etiam summi thesauri loco fuit, Hi posse quam se cum aduersarijs, ob maius lucrum coniunxerunt, non possunt non blasphemare esse, & odiosissime de notis

de nobis loqui & cogitare. Hoc præmium manet eos qui abutuntur officio seu ministerio ad suum quesum. Hæc est una pars poenæ.

Confundentur prophetæ & pudentes, uelabunt labium suum uniuersi, Quoniam non afferunt responsum Dei.

Magna & grauis poena est cæcitas tam horrenda, quæ Propheta minatur, & nos in seductoribus Papistis hodie uidemus, sed ea non satis est, etiam confusio & ignominia cæcitatem hanc comitabitur, Ut cum diuersa ab ijs que promiserunt, euident, palam de mendacio possint conuinci. Ante quæm igitur euetus sequatur, gloriari possunt Pseudoprophetæ contra Micham, & spe successus consolari suos. Sed cum iam Assyrinus Israëlem uastasset, & exercitum admodum ad portas Ierusalem, res arguebat Micham uera, illos autem falsa, docuisse. Ibi coacti sunt, sicut Micha eleganti figura loquitur, Velare labium, hoc velare labium est, ne mutire quidem ausi sunt, qui antea templum & plateas omnes clamoribus suis impleuerant.

Est autem etiam hæc figura ex Mose desumpta, ubi Leuitici. 13. de leproso loquitur, ut habeat os ueste contextum. Et nos Germanicè non dissimili figura notamus confusionē, cum dicimus, Non audere hominē,

Pœna Pſen-
dodictorum
cæcitas &
confusio.

Hester 7. de mendacio conuictum, os aperire, aut se dare in con-
spectum hominum. Et Romana consuetudine obuolu-
uebant caput, iudicio damnati.

Porro imprimitur memorabilis est ultima particula
in qua propheta, causam tum cæcitatim tum confusio-
nis ostendit. Utitur autem eleganti breuitate (Ki en
maaneh Elohim) quoniam non responsum Domini,
hoc est, quia hoc quod docuerunt & promiserunt,
non fuit uerbum Domini.

De officio & uocatione nihil dicit. Hanc conce-
dit eis. Sicut etiam hodie non ideo recusamus obedire
Pontificibus & Episcopis, quasi non habeant uoca-
2. Thess. 2. tionem & officium legitimum, Cum S. Paulus disser-
tatur. Antichristum habiturum sedem suam in ecclæ-
sia. Et Christus de sui temporis pseudoprophetis dis-
Math. 23. cit: Super cathedram Mosi sedent. Relinquit igitur
propheta pseudoprophetis officium & uocationem,
eaq; non accusat, nec damnat. Hoc autem damnat,
quod cum in officio sint, non tamen officio uere utan-
tur, cum docent, sed non uerbum Domini, cum pro-
mittunt & consolantur, sed non ex responso Domini.

Officio non
excusat
peccatum.

Iam hec peruersitas omnibus seculis in pseudoprophetis fuit, ut accusati de officio non recte admi-
nistrato, tamen se officij autoritate tuerentur. Quid
enim hodie aliud habent pontifices & Episcopi, quod
nobis

nobis opponant, quād quod sīt in uocatione & offi-
cio? Hanc causam putant se habere, cur & nobis lea-
ges ferant, & nos eas accipiamus. Sed nunquād no-
bis de officio disputatio fuit. Abusum officij taxamus,
quem abusum ipsi autoritate officij defendere uolunt.

Quis autem est, qui non rideat in modo execretur prin-
cipem, in politia multa nefarie & scelerate peccan-
tem, & tamen postea excusantem peccata ratione of-
ficij? An non, quia princeps est, ideo cauere debebat,
que prava cupiditas suadet? Nam princeps est ut ad-
ministret iusticiam. Hoc si non facit, aut etiam aduer-
sum facit, ipse suo testimonio conuincitur, quod faciat
preter officium, nec potest se ratione officij tueri. Ita
planè ineptum & contra communem sensum est, quod
stolidi Papistæ faciunt. Quia enim in officio sunt, uo-
lunt sibi licere quiduis.

Sed nos cum propheta controuersiam de officio
nullam mouemus, de ratione administrati officij no-
bis lis est. Quia enim responsum Domini non habent,
hoc est, sine uerbo Dei preeunte docent, instituunt,
mandant omnia, merito à nobis reprehenduntur, me-
rito detrectamus autoritatem eorum, quam uenerare-
mur, si uerbum retinerent, & non contra uerbum se
tueri uellent. Quod igitur apud Esaiam affirmatiūc Esa. 40.
est: Verbum Domini manet in eternum. Id Propheta

COMMENT. IN PRO

hic negatiuē ponit. Nempe quod ubi responsū seu
uerbum Domini non est. Ibi non est durabile aut ete-
num aliquid. Sed oportet sequi cæcitatem & confu-

Math. 7. sionem. Sicut Christus eleganti similitudine de domo
super arenam ædificata ostēdit. Habet quidem impie-
tas sēpe insiguel speciem, ut nulla uideatur posse
conuelli. Sicut cum cogitatione respicimus ad illam

Ecclesiæ for-
ma ante lxx. ē Ecclesiæ formam, que ante Euangeliū lucem in papa-
tu fuit. Ibi tanta Missæ & aliarū impiarū ceremonia-
rum dignitas esse uisa est, ut hanc mutationem nemo
potuerit sperare. Sed quia ceremoniæ ille fuerunt sine

Math. 7. uerbo, immo contra uerbum institutæ accidit, ut dominus
illa, ingruente tempestate uerbi & uento spiritus, con-

Esa. 40. uelleretur, & ex imis fundamentis inciperet corrue-
re. Verum enim est. Uerbum Domini manet in æter-
num. Ergo ubi uerbum non est, ibi nihil durabile po-
test esse, etiam si in specie adamantium esse uideatur.
Ego uero plenus sum uirtute spiritus
Domini, & iudicio & fortitudine, ut
annunciem Iacob transgressionem suā
& Israëli erratum suum.

Hec est egregia Antithesis, in qua propheta, non
solum officium & uocationem suam, sed etiam admi-
nistrationem officij iactat contra pseudoprophetas,
& egregie ornat uerum uerbi ministerium. Id cur
institutu-

institutum sit, patet ex illa nota sententia Christi, ubi dicit: Spiritum sanctum arguiturum mundum de peccato, de iusticia, & de iudicio. Ut homines non solum discant agnoscere peccatum, sed ut etiam consequantur remissionem peccati ac iusticiam per Christum, & magno animo contemnant minas et furorem, tum Satane, tum mundi.

Ministris A.
n's.

Ostendit autem propheta supra, quād non posset mundus ferre ueritatem & reprehenſionem peccati. Ideo contra pios Doctores sicut omnis generis sup= plicijs. Sicut omnium prophetarum, Apofolorum & Doctorum exempla ostendunt. Qui autem conniuere solent, & blandiuntur mundo, hi in precio sunt & laute habentur. Ac eo maior omnibus temporibus talium prouentus est, quod non omnes eo animi robore sunt, ut odium & furorem mundi contemnere possint. Deinde ferē uincuntur, etiam splendore uite ac cupiditate opum.

Mundus non
potest ferre
reprehenſio-
neū peccati.

Hęc uitia in Pseudoprophetis, Micha eruditissime perstringit, cum suum exemplum opponit & dicit: Ego uero sum plenus uirtute spiritus Domini, hoc est, Non affero meam sapientiam, non nitor uiribus meis. Alioqui uestri similis essem, qui humano spiritu, pleni es sis, & succubitis in tentatione, dum propter opes & dignitatem parandam, ac fauorem ho-

minum

minum colligendum, conniuetus ad peccata populi.

Iudicium Exerit autem se uirtus spiritus Dei inhabitantis in me duobus modis, in iudicio & in fortitudine. Iudicium significat hic usitato scripture more, cum quae prauis fiant, reprehenduntur & damnantur. Sicut propheta ipse se exponit, cum addit: Sic sum iudicio plenus, ut annunciem Iacob peccatum suum, & Israël erratum suum.

Dorum sp̄t. titus arguit mundum & contemnit pericula. Sed cum iudicium hoc non careat periculo, quod mundus nihil minus quam reprehensionem peccatorum ferre poscit. Etiam in eo se ostendit spiritus Dei, quod sum fortitudine plenus, & pericula illa contemnere possum. Hoc uero illud insigne donum est, quod Christus toties promittit, quoties consolatur discipulos, cum iubet: Ne sint solliciti quid dicant, etiam tum cum ad supplicia rapientur. Proprieta quod non solius simus, sed habeamus additum paracletum, qui corda tanto certiore spe impletat, quanto pericula omnia uidentur presentiora & grauiora esse.

Matth. 10. Lue. 12. Hoc dono Propheta se dicit plenum, ut et si minentur omnia, tamen ipse in nulla parte à mandato Domini sit discessurus. Hoc dono Apostoli, etiam post plaus acceptas, ibant gaudentes, quod digni essent habiti, qui pro nomine Christi contumelia affecti essent.

Aet. 5. Qui autem hoc donum non habent, hi et si extra pericula

cula ferociores sint, tamen ad primum congressum ce-
dunt, ac loquuntur & faciunt omnia ad gratiam, po-
tius, quam ut propter ueritatem in periculo esse, &
odium hominum sustinere uelint. Sed quis horum finis
sit, supra ostensum est, quod scilicet sol super eos occisi-
det, hoc est, quod in extremam cæcitatem prolabetur,
& tandem etiam confundentur.

Audite quæsio hoc capita domus Ia-
cob, & principes domus Israël, qui abo-
minabile faciunt iudicium, et quicquid
rectum est peruerunt.

Redit ad obiurgandos principes in republica, qui
cum iusticie custodes esse debebant, omissa cura Rei-
pub. & subditorum, sua tantum curabant commoda.
Sicut supra quoq; diximus, auariciam esse peculia-
rem laqueum Satanae, quo Magistratibus insidiatur,
quo Magistratibus insidiatur, ut suis commodis inui-
tati, Reipublicæ curam abijcant, ius negligant, & ini-
usta administratione premant ciues, qui iniuriam
ferre, & muſitare coguntur propter potentiam
Principum.

Vsus autem est propheta uerbis ualde significan-
tibus. Vocat (Hamethaefim) Contemptores iudicij,
qui quidem uident quid æquum & iustum sit, sed in-
dulgent cupiditati, et, quod norunt, facere nolunt. Sicut:

apha

Poena impie
et Doctoris.

Impij prin-
cipes.

Contemptio-
res iudicij.

apud poëtam est, sit pro ratione uoluntas.

Deinde elegans etiam est Antithesis, quod rectum est, peruerunt seu deprauant, significat enim suus dio eos hoc agere, ne recte agant, tantum ut ditentur,

Aedificant Zion in sanguinibus, & Ierusalem in iniuitate,

Mutatio personæ Ebreis usitata est. Hic autem participium (Boneh) singulare, habet quasi uim collecti nominis. Vult enim dicere quod singuli hoc modo edificant.

Porro Hebraismus etiam est, quod dicit, Aedificari Zion in sanguinibus: significat enim quod magifice edificant, sed ex sudore & sanguine pauperum.

Luxus principum, &c. Sicut hodie inusitatus luxus omnium principum ^{aut}

In sanguinis luxus inuasit. Non edificiorum ratio, non uestitus, non uictus, eadem est que olim fuit, Omnia sumptuosissime instruuntur. Sed reuera edificant & ornant principes quoque suas aulas in sanguinibus, quod nouis & inusitatis exactiōibus, subditos onerant, ne quid de splendore & luxu cogantur diminuere. Olim parcer uiuebant principes, Itaque tolerare sumptus poterant sine iniuria subditorum. Et in publicis periculis paterat eis refugium ad priuatorum opes. Nunc cum ad luxum expilentur subditi, nulla praesidia ad publica pericula depellenda Principes sibi reliqua faciunt. Et accedit

P H E T A M M I C H A M C A P . III . 93

accedit aliud grauius incommodum, quod iniquis ipsis
exactionibus etiam subditorum animi abalienantur,
& sternitur quasi via ad seditiones & alia mala. Sed
sunt hæ poenæ peccatorum, quæ postea alijs poenis
excipiuntur & multantur.

Principes eius propter munera iudicant, Et sacerdotes eius propter mercedem docent, Et prophetæ eius propter argentum uaticinantur.

Quæ de principibus dicit, pertinent ad expositionem eius, quod paulo ante dixit, Aedificant in sanguinibus. Etsi enim Tyranni auariciam suam defensant sanguine bonorum, Sicut, Naboth, cum impio regi hortum uendere nollet, occiditur, & Tyrannus potitur horto : tamen etiam hoc est in sanguine ædificare, seu augere rem, cum nimium premuntur subditi, & principes non æqualiter administrant ius. Sed ut propheta hic dicit, iudicant propter munera, hoc est, cum largientibus munera ius dicunt, etiam in iniusta causa. Contra nihil largientibus ius non dicunt, eis causa habent æquissimam.

Est autem hæc insignis peruersitas, quanquam in omnibus iudicij sit usitatissima. Nota est sententia optimi principis Iosaphat, qui cum politiâ & ecclesiâ 2. Parv. 19.
uiris idoneis electis, præclare constituisse, politicum

Magis

96 COMMENT. IN PRO^a

Magistratum grauiſſime abhortatur. Videte, inquit,
quid faciatis, Non enim hominis exercetis iudicium,
sed Domini, Quodcunq; igitur iudicaueritis, in uos re
iudicandi po^o dundabit. Hac sententia docet iudicandi potestatem,
testas.
non humanam eſſe, nec simpliciter ab hominibus man-
dari, sed ab ipſo Deo. Quare propter Deum & pro-
pter mandatum Dei, hoc opus Dei recte erat admini-
ſtrandum. Sed, inquit Propheta, Non ſolum non reſpi-
ciunt Deum principes noſtri, ſed Deo, mandato Dei
& operi Dei anteferunt munera, Hunc contemptum
an putabitis impune fore? redundabit itaq; iſta iniqui-
tas in uos, ut uiciſſim contemnamini & abiſciāmini,
ſicut contemniuitis & abiſcītis Dei opus & mandatum.

Porrò hæc non tantum ad ipsos iudices ſeu Magi-
ſtratus referenda ſunt, ſed etiam ad illos, quorum ope-
ra Magistratus in administrando iure utitur, ut ſunt
lurisconsulti, Aduocati, Procuratores, & id genus a-
lij: Quorum cum eſſet ius & aequum defendere, ſepe
lucro uberiore inuitati, iniquas cauſas defendūt. ſepe
bonas cauſas inuoluunt & implicant magis, quod in
mora eis queſtus ſit. ſepe pauperibus negant operam
ſuam etiam in iustis cauſis, quando contra potentio-
res agendum eſt. Magis enim hominum fauorem &
gratiam, quam Domini mandatum & functionem
ſuam reſpiciunt.

PHE^TAM MICHAM CAP III. 97

Sed quis omnes huius generis fraudes & dolos
commemoraret? Etsi autem nihil magis dolet, quam
in bona & iusta causa succumbere, propter aliorum
sive perfidiam, sive inscitiam (Nam si quoq; peccant,
qui ad hæc negotia nondum satis instructi accedunt)
tamen quia iudicium domini est, missitanda iniuria
& vindicta domino relinquenda est, qui suo tempo-
re ab auarissimis contemptoribus iuris & prævaricato-
ribus satis graues poenas expetet, sicut Propheta in
fine admonebit.

Et sacerdotes eius propter merce-
dem, &c.

Iam propheta etiam contra ecclesiasticos Magis-
tratus concionatur, ut ostendat se esse iudicio & for-
titudine plenum, reprehendit autem in his quoq;,
quod auaricia infecti discedant ab officio et negle-
cto mandato Dei, ad questum respiciant.

Porrò ineruditæ hac sententia quidam abutuntur
contra pios doctores, quasi non sit licitum, uiuere ex
stipendijs, que ministris ecclesiarum constituta sunt.
Allegant Christi uerbum: gratis accepistis, gratis Mat. 10
date. Opponunt quoq; S. Pauli exemplum, qui cum
doceret ecclesiæ, tamen ecclesiæ non uoluit onerare, Act. 20
sed ipse manibus suis parauit uictum.

Hæc sive querela sive calumnia nascitur ex quo-

dam diabolico odio ministerij uerbi. Quid enim aliud
An liceat mi-
 nistris eccl.
 sie accipere
 merced pio
 opera. faciunt impij homines, qui talibus sermonibus sim-
 plicum aures fatigant, quam ut non solum personas
 ministrorum, sed ipsum ministerium in contemptum
 adducant. Cum potius omni cura in id incumben-
 dum erat, ut ministris propter uerbi honorem, sua di-
 gnitas restitueretur.

Verum quidem est, quod Christus dicit: *Gratis accepistis, gratis date.* Vult enim finem principale ministerij esse, ut seruiatur glorie dei, et hominum saluti. Nam propter haec duo ministerium uerbi praeципue institutum est in mundo. Sed ex hoc non sequitur, quod impium sit, ut ecclesia alat ministros suos.

Finis min-
sterij Hoc impium esset, si ministri finem ministerij ne-
 gligere, & tantum ad mercedem respicere, seu pro-
 pter mercedem docendi munus non recte admini-
 strare uellent.

Sicut igitur minister mandato dei cogitur, ut gloriae dei & saluti hominum seruiat. Ita uicissim Ministeri ver-
 bs aleant. ecclesiae mandatum habent, ut ministros alant. Sic
 enim dicit Christus: *Mercenarius dignus est mercede sua.* Si dignus est, nemo igitur mercedem exprobrare
 doctori debet. Sicut S. Paulus hanc sententiam clarius
 explicat. 1. Cor. 9. Dominus, inquit, constituit seu ordi-
 nauit, ut qui euangelium annunciant, etiam ex euange-
 gelio si

PHE TAM MICHAM. CAP. III. 99

gelo uiuant. Allegat autem ministerium legis, Quid
inquit, sacra faciunt, an non ex sacrificio uiuunt?
Qui assident sacrario, an non cum sacrario parti-
cipant? Utitur alijs similitudinibus ad hoc nego-
cium aptissimis. Quis inquit, est, qui proprijs si-
pendijs militet? An qui uineam plantat, eam sic plan-
tat, ut de fructibus eius non comedat? Præcipue autem
digna obseruatione est insignis illa collatio, qua etiam
in Galatis utitur, Seminamus uobis spiritualia, ma-
gnum uero est, quod nobis carnalia suppeditatis?

Quod igitur ad exemplum Pauli attinet, ipse pa-
lam testatur, se hoc non facere, quasi iniquum sit ab ec-
clesijs accipere uictum, sed ut adiuuet hoc modo cur-
sum uerbi, & præcidet occasiones calumniandi, quas
in re noua homines indigni poterant comminisci.

Debet quidem, sicut ab omnibus Christianis, ita
maxime ministris uerbi omnis auaricie & cupidita-
tis suspicio abesse. Non tamen ideo statuendum est,
quod iniquum sit accipere ab ecclesijs, quæ ad com-
modum uictū sunt necessaria. Sic ut quidam hisce pro-
digiosis opinionibus, propter speciem singularis san-
ctitatis, delectantur: Quidam ex certa malevolentia
& Satanicō odio ministerij, in calumniam rapiunt,
quod ministris alibi pro facultatibus ecclesiarum, li-
beraliora stipendia constituta sunt.

Si enim ecclesiarum utilitatem proclamus, An non
in eam potius partem pronniciabimus, ut ministri
ecclesiarum habeant liberaliter, quam quod mulier
in locis uix à fame se & suos tueri possunt? Nam illa
illiberalitas meliora ingenia à cura ecclesiarum ab-
sterret. Non enim omnium est illud robur animi et
constantia, ut pro difficilimis laboribus odium &
famem reportare uelint. Ac præcipue marito nihil
potest grauius accidere, quam si uideat uxori &
liberos egere, quos, si altum rationem uitæ sequatur,
etiam cum splendore alere posse. Nam est legum eis
medicinae studium, propter magnos si mptus non om-
nibus pateat, Tamen quod in Repub. munitat honeste-
te administrari possunt, ab homine etiam mediocri-
ter eruditio, quæ omnia ad splendorem uitæ & ad
opes aditum patefactiunt? Hæc profecto tuuenius magis
sectari uoleat, etiam suorum causa, quam ut u-
xorem & liberos in certam mendicitatem sciens &
prudens protrudat.

An non igitur ecclesia ex ista illiberalitate, qua
erga ministros utitur, certum periculum erit & siqui-
dem & eruditis hominibus carebit, & indecorum
hominum, qui non possunt ad altiora contendere, ine-
pta ac periculosa gubernatione opprimetur? Sicut
ante oculos exempla sunt, quæ ostendunt non solum
quauid

P H E T A M M I C H A M . C A P . I I I . 101

quanta caligine res sacræ indoctorum gubernatione
involutæ, sed etiam quanta barbarie omnes bona
artes oppressæ fuerint.

Nemo igitur offendatur, quod alicubi bonorum
principum pio studio, ecclesiarum ministri paulò
liberalius habentur. Hoc potius queramur omnes,
non haberi à maxima parte principum & Rerūpub.
posterioritatis curam, que in tanta illiberalitate, aut nul-
los aut indoctissimos gubernatores habitura est. In=
primis grave & intolerabile illorum, tum peccatum,
tum iudicium erit, qui ecclesiæ spoliant, & ministri-
rum facultates inuidunt. Sicut in agro ferox nobili-
tas, & in Rebus publicis potentiores familiæ plerunq;
solent. Vtriq; enim parui lucri spe invitati, in certum
exitum ecclesiæ adducunt, quas maiorum exemplo,
etiam sua liberalitate adiuuare, & ornare debebant.

Sed ad Micham redeo. Is non damnat sacerdotes
& prophetas, quod mercedem & argentum acci-
piant, debetur enim merces sua pijs doctoribus. Hoc
autem damnat, quod ministerio ad questum abute-
bantur. Quod propter lucrum connivebant ad pecca-
ta populi, que reprehendere debebant. Sicut Bileam
cōduci se patitur, ut maledicat, quibus dominus, ut be-
nediceret, mandarat. Ad hunc modum, inquit prophē-
ta, debebat reprehendi impietas huius populi. Sed pro-

102 COMMENT. IN PRO'
pter questū pseudoprophetæ etiam assentantur per-
catoribus, & bona promittunt.

Et tamen super dominum nitun-
tur, & dicunt: Nonne Dominus in
medio nostri est? Non igitur ueniet su-
per nos malum.

Hic est insignis locus, qui non solum ad explica-
tionem aliorum prophetarum utilis est, sed etiam in-
fignem quasi picturam habet nostrorum aduersario-
rum. Nemo est, qui si diligenter omnia inspiciat, non
uehementer miretur, unde ista in Pontifice & eius
Securitas fal-
sa ecclesie a seculis tum securitas, tum pertinacia possit esse.
Doctrinæ genus profitentur ex diametro pugnans
cum doctrina euangelij. Ceremonias ab ipso Christo
institutas aut corruperunt, aut ineptis additamentis
confuscarunt, & substituerunt nouas sine ueste
dei. De uita autem, nihil necesse est dicere, quanto
enim in altiore fastigio rerum consistunt, tanto pec-
tant licentius. Ita ut iam olim proverbio factus sit lo-
cus. Quod quanto Roma propior, tanto Christia-
nismus sit longinquier. Et tamen in tanta impietate
longè minus metuunt, quam quorum doctrina &
uita sanctior ac melior est. Nec securitas quis non
miretur unde existat?

Sic satis ostendit propheta, quantum ab officio di-
scendat

scendant sui sacerdotes & prophetæ, cum magis que-
stum spectant quām ministerium suum. Cumq; pecu-
nie causa ea dissimulant, quæ ministerij ratione gra-
uiter reprehendenda erant. Et tamen, inquit, tales cū
sint, nituntur super Dominum, & fidunt eius benigni-
tate. Nōnne Dominus in medio nostri est? Nihil enim
patiemur mali, &c.

Porrò utrinq; eadem præsumptionis causa est.
Quod impij decepti hypocrisi sua, arripiunt promis-
siones, & fiducia illarum, omnes contemnunt minas. Impij arripi-
unt promis-
siones, &c;
Sic magnificas promissiones habuerunt Iudæi, de con-
seruando populo & regno usq; ad Christum. Cum igit
tur prophetæ peccata populi reprehenderent, & mi-
narentur exitium, opponebant promissiones illas. Ia-
cabant patrem Abraham, Ministerium seu uoca-
tionem. Cultus, & sacrificia diuinitus instituta.
His freti, tanquam certis præsidij, securi erant de-
poena.

Sic magnificas promissiones habet ecclesia noui
testamenti. Quia autem Pontifices summum in Eccle-
sia locum ui sibi usurparunt, fit, ut quicquid Ecclesiae
promissum est, hoc putent sibi & statui suo esse
promissum. Igitur etiam in extremis periculis illud eis
in ore est. Quod cymba Petri fluctibus iactari, sed nō
mergi posse.

Falluntur autem pariter tum impis Iudei, tum pa-
pistæ. Non quod Deus promissa non seruare, aut po-
pulum & Ecclesiam suam ab ijcere uelit, sed quod hy-
pocritæ, et si officium habent, tamen officio abutuntur
atq; ideò tum populus Dei tum ecclesia esse desinunt.
Manet enim sententia supra posita. Sermones me-
boni sunt, sed ambulantibus integræ. Qui igitur non
integræ ambulant, his non promissiones, sed commenda-
tiones propositæ sunt, ut aut emendentur, aut pereant
in peccatis suis. Nam apud Deum non est persona-
rum acceptio. Vocantur Pontifices & Episcopi ad ia-
stam administrationem Ecclesiarum. Sed cum offi-
cium non faciunt, non tantum mometi coram Deo est,
in dignitate ipsorum & loco quem tenent, ut propter
rea eis impune sit peccare. Quin ualeat sententia Eu-

Luc. 16. uangelij. Depositus potentes de sede, Et: Quicquid co-
ram hominibus sublime est, abominatio est apud Deum.

Huc faciunt exempla, quod primo geniti ferè sunt
reprobi, ut Cain, Ismaël, Esau. Sic incredula synago-
ga, cum sacris, & ipso templo abiecta est, reliqua
autem saluatae sunt. Ad hunc modum abiectis & res-
probatis Pontificibus, Episcopis, et toto illo Antichri-
sti satellitio, constat sua Ecclesia Christo, etiam si exis-
tua, in mundo contempta, oppressa, pauper, &
ignominiosa est.

Sententia

Sententia igitur prophetæ est, quod securi hypo-
 critæ inflantur officio suo, & arripiunt promissiones,
 que non simpliciter, sed cum conditione datæ sunt ijs
 qui uerè sunt populus Dei seu Ecclesia. Non ijs qui ui-
 nunt sine timore Dei, et si in magnis dignitatibus ui-
 nunt. Erat Dominus tempore Michæ in medio popu-
 li sui, sed ideo non erat parciturus impijs prævarica-
 toribus. Non ideo erat toleratus, quod impij abute-
 bantur sancto ministerio ad quæstum, & uana pro-
 mittebant ijs, qui comminationibus iræ Dei ad poenit-
 entiam erant conuertendi. Satanæ, cum se per supera-
 biam opponeret filio Dei, non profuit, quod angelus
 esset conditus. Iudam nihil subleuauit cum peccaret,
 quod esset Apostolus. Et scilicet papistæ nostri ideo
 impune peccabunt, quod Pontifices & Episcopi sunt.
 Quin potius dabunt dignas impietatis poenas, & Ec-
 clesia etiam sine istis Pontificibus & Episcopis con-
 seruabitur, sicut propheta iam addit.
 Ideo Sion propter uos sicut ager ara-
 bitur, & Ierusalem redigetur in acer-
 uum lapidum, & mons domus erit si-
 cut excelsa syluarum.

Hæc est prophetia illa, quam cum Ieremias repe-
 teret, occisus esset ab impij rege, nisi seniores se inter-
 posuerint, & exemplo Michæ eū defendissent. Non Iere. 26.

enim illa blasphemia in Deum Iudeis tamuisa est esse
intollerabilis, quam quod Ierusalem excindenda &
templum uastandum esset. Extabant enim prophetis
clare de regno & populo hoc conseruando & defen-
dendo. Deinde quia cultus Dei ad templum alligatus
erat, nihil potuit minus credibile à quoquam dici,
quam quod Deus cultum à se institutum, abijcere &
prophanare uellet. Quare & Micha sine dubio con-
citauit hac concione plurimorum odia contra se se, et
si absq; pijs regis Ezechiae cura & defensione fuisset,
ab impijs præsumptoribus esset occisus. Quod minas-
tur non amplius ipsis peccatoribus, ut antea, sed etiam
ipsi templo, quod ab ipso Deo ad usum sacrorum de-
lectum erat. Quod autem ad Grammaticam attinet,
facilis est sententia. Significat enim extremam uasi-
tatem & desolationem, cum ipsam urbem dicit tan-
quam agrum arandum, & montem Domini, qui tam
sacrificijs & cultibus à Deo institutis splendebat, si-
milem fore montibus, qui in desertis et nemorosis locis
sunt. Sed sententia magnum pondus grauiissimorum
rerum secum trahit. Hic enim uidemus seueritatem iu-
dicij, et magnitudinem iræ Dei erga peccatum. Quod
qui sine timore Dei uiuunt in peccatis, hos non poten-
tia, non dignitas officij, non illa etiam spiritualium re-
rum prærogativa subleuare poterit. Si enim Dominus
propria

Propter peccatum non suo populo, non templō, deniq;
non cultui suo perpercit. Quid tandem erit, quod ira
Dei opponi posse speremus?

Exuenda igitur omnis præsumptio est, & ne quis
dem de eo præsumendum est, quod Christiani & ba-
ptizati sumus, ut ideo magis securi peccemus. Hec
non modo non mitigabunt poenas, sed augebunt in im-
poenitentibus. Sicut Christus dicit: Sodomorum tole-
rabilius iudicium fore, quam illorum qui audiuerunt
Euangelium & uiderunt miracula. Habant Iudei
quoq; circuncisionem signum foederis, & iusticiæ si-
gnaculum, habant magnificas promissiones de Chri-
sto, de conseruatione regni & sacerdotij. Credita eis
erant oracula Dei, &c. Sed postquam à timore Dei
discesserunt, & his prærogatiis abusi sunt, ut eò li-
centius peccarent, non solum amiserunt hæc dona, &
glorias has, sed perierunt ipsi quoq;.

Quare pertinet hæc concio ad doctrinam pœni-
tentie, ut singuli uiuamus in timore Dei & obedia-
mus uerbo, alioqui futurum est ut pereamus. Non e-
nim uult Deus ut securi simus, aut præsumamus. Ti-
meri uult à nobis ne peccemus, & uult quoq; ut per
Christum in sua misericordia, non in nostra dignitate
sapientia, aut iusticia spem habeamus. Hoc qui non fa-
ciunt quanto in altiore gradu dignitatis cōsistūt, tanto
ruent

Nunc iterum transit propheta à regno corpora-
li ad spirituale, hoc est, à reprehensione impiorū ad
consolationē Sanctorū, ut in publica calamitate habes-
sent, quo se consolarentur, & mala illa uincerent, &
liberationis per Christū futuræ. Etsi enim consolatio
erat, quod captiuitas ista certo annorū numero finier-
da esset, tamen pauci fuerunt, qui usq; ad exhibitionē
eius promissionis uixerūt. Durauit enim captiuitas seu
ptuaginta annis. Hæc autem solida consolatio fuit om-
niū, certo scire, quod Christi regnum esset reuelandū,
per quem remissio peccatorum, & uita eterna cre-
dentiibus obuentura erat. Ac priorem partem de uer-
bo ad uerbum Esaias transcripsit in suam prophes-
iam, qui, ut initio dixi coætaneus Michæ fuit, quam
quād Michæ senior esset.

Monendus autem initio est Lector, ut fugiat some-
nia iudaica, qui has spirituales promissiones, ad regnū
corporale transferunt, atq; ita in duplē errorē
incident. Nam & Christum, cuius regnum spirituale
est, hoc modo amittunt, nec agnoscunt, & frustra ex-
pectant corporale regnum. Sicut enim res ostendit, de
die in diem altius immerguntur calamitatibus, & de-

Spe sua coguntur desperare.

Secundo obseruanda etiā hic est discrepantia prophetarum, qua impij offensi, ueris prophetis non poterant credere. Sicut enim Zachariæ 7. & 8. primum miserabilis uastitas tum ciuitatis, tum populi predicitur. Sic enim dicit: Dispersi eos per omnia regna, quae nesciunt, & terra ab eis desolata est, Deinde additur. Adhuc habitabunt senes & anus in plateis Ierusalem, & uiri baculus in manu eius praे multitidine dierum & plateæ ciuitatis complebuntur infantibus & pueris ludentibus in plateis eius. Ita plane ad eundem modum Michas uidetur secum pugnare, qui templum dicit simile fore excelsis syluarum, et postea addit: Montem Domini eleuatum iri super omnes colles, Gentes ad eum decursuras, & nouum uerbum de Zion promulgandum esse.

Sic Ieremias missus erat ut certam uastitatem prediceret. Ac eò redierat iam res, ut occupata à Chaldaeis urbe, maxima ciuium pars captiuua abducatur. Et tamen in tanta desperatione rerum, iubetur salutem promittere. Et in signum restorationis omnium: dat ei dominus mandatum, ut emat agrum, qui iam ab ipsis hostibus tenebatur. Hæc diuersitas etiam à pijs non semper potuit intelligi. Sicut in Ieremia uedimus, qui consilium Domini admiratur, & dicit:

Ecce

110 COMMENT. IN PRO^a

Ecce munitiones extructæ sunt aduersus urbem, ut et
piatur, & urbs data est in manus Chaldaeorum. Et tu
Domine dicis mihi: Eme agrum argento & adhibe it
stes, cum urbs data sit in manus Chaldaeorum?

Hæc diuersitas hominibus impijs satis digna causa
est uisa, cur prophetis non crederent. Et tamen euangelius
ostendit, Deum utrumque fecisse. Nam & impios
propter peccatum dedit in captiuitatem gentium. Et
tamen inter medias gentes reliquias & sanctum se-
men seruauit, donec nasceretur Christus, qui nouum
regnum institueret, & has promissiones non corpo-
rales, sed spirituales, per uerbum Euangelij exhibe-
ret. Ac tum dissipatum regnum Isræl, una cum
alijs gentibus, ad regem suum Christum,
reuersum est & saluatum,

COM.

C O M M E N T ▶
IN PROPHETAM MICHAM
CAP. IIII.

Et sicut in nouissimis diebus. Erit mons domus Domini firmatus in capite montium, & erit eleuatus prae collibus, & confluent populi ad eum.

VIA dixi Prophetam loqui de regno spirituali, propter quod etiam corporale regnum, ab Assiris & Chaldeis uastatum, restaurandum erat, non ad opes, non ad potentiam, non ad eminentiam corporalem respicere debent, qui hoc regnum inuenire uolunt, sed ad uerbum Euangeliū, Vbi enim Euangelium est, ibi quoque infallibiliter est Christus, & regnum Christi, seu ecclesia. Hec quia in mundo est, oportuit esse aliquem locum in quo inciperet. Itaque Propheta nominat montem Zion. Sicut Dauid quoque cum dicit: Virgam uirtutis tue emittet Dominus ex Zion.

Promittit autem montem Zion sic firmatum iri, ut Locus in qua ceter super omnes montes, et sit cœu caput omnium col-cepre regnum Cluristi.
lum.

COMMENT. IN PROST
lium. Hec iam non ad corporalem locum referenda
sunt, sicut iudei inepte faciunt. Nam templum reedi-
ficatum post captiuitatem neutiquam tam splendidum
fuit, quam illud prius. Adeo ut quidam flerent, qui
prius illud Salomonis uiderant, sicut testatur Historia
1. Esd. 3. Sed et si corporalem locum nominat, tamen
sunt hec transferenda ad ipsum regnum spirituale, ad
Ecclesiam & uerbum Euangeliū, quod cepit doceri in
Zion, ubi prima fuit Ecclesia.

Quod igitur de eleuatione & stabilitione montis
dicit, propriè ad ipsum regnum Christi, non ad corpo-
ralem locū referendum est, qui propter peccata popu-
li uastatus, & in excelsa syluarum mutatus est. Re-
gnū autem Christi seu ipsum Euangeliū sic firma-
tū est, ut nullis uiribus possit opprimi aut eueri, sicut
Regnū Christi firmatum. Christus dicit: Portæ inferorum non præualebunt. Nō
quod semper claret miraculis, quibus duplē ob-
causam initio opus erat. Quod & in prophetis pro-
missa essent, & noua doctrina hoc quasi testimonio
diuinitus hominibus commendanda esset, ut agnosce-
retur Christus. Sed quod semper uincat, & triumphat
contra omnes hostes suos. Ideo propheta uerbo
(Nachon) usus est, quod non solum præparare, sed
etiam confirmare & stabilire significat. Ut sicut
est Regnum Christi super omnia regna, ita etiam
maneat.

PHE^TAM MICHAM CAP. IIII. 112
maneat, secundum sententiam, Verbum autem do-
mini manet in æternum.

Quod autem additum est: Et populi confluent ad
eum. In eo pulchrè ostenditur diuersitas huius regni Regnū Chri-
ab alijs corporalibus regnis. Ibi enim vinculis leguntur sti diuersum
et coactione est opus, ut homines maneant in officio a regnis mun-
et nihil turbent. Ideo etiam armis ad imperia reti- de, habet e-
nenda et defendendam autoritatem principum opus est. nūm populi
Non indiget armis, quibus homines cogat, statim Psalm, 110:
cum uerbum in auribus et cordibus hominum sona-
re ceperit, ipsi homines sua sponte, uel potius sua uol-
luntate, ut ille dicit, coacti accurrunt et in parte
huius regni hærere uolunt. Sicut Christus dicit: Re-
gnū dei nunc uim patitur, et uiolenti rapiunt illud.
Quid enim potest lātius audiri, quam quod per Chri-
stum pater reconciliatus, peccata remissa, et uita æ-
terna nobis donata sit? Tantarum opum quis non
optaret se quoque participem fieri?

Itaq; cum primum uerbum hoc uulgatur, sicut flu-
mina, nemine cogente sed sua uia, per præcipitia de-
currunt, ita populi ad hunc montem, hoc est, ad ecclesi-
am confluunt, in qua per euangeliū thesauri miseria
cordiæ dei ostenduntur, et credentibus distribuuntur
Nam uerbum (Naharu) similitudinem fluminis, ma-

gna ui per declivia loca decurrentis cōpletitur. Sicut
etiam ideo (Nahar) fluum uocant, à cursu seu defluxu.

Regnū Christi
stī Sacrum
a regno Mo
sis

Præsertim autem uoluit propheta ostendere diuer
sitatē huius regni à regno legis seu Mosis. Is enim uio
lentus doctor est, & uix minis et plagiis multis aliquā
umbram obedientie exculpere potest. Videmus enim
quid lex faciat, cum maxime cogit, & urget, aut dea
speratos, aut præsumptores seu hypocritas facit.

Sed regnum Christi habet, sicut Psalmus uo. ele
ganter dicit, spontaneū populum, qui ultro, sicut oves
pastorem suum sequitur. Trahunt enim eos beneficis
non cogunt mine, aut irata uerba. Deus enim per
Christum non iratus, sed summe clemens & miseri
cors est, Quare omnes cum tam misericordi deo se
intrare. coniungi optant, nec differunt rem, usq; dum cogan
tur, cogit eos uoluntas & desiderium ipsorum. Sicut
in euangelio quoq; Christus pulcherrime dicit: Cum
enim liberalitatem suauissimi hospitis, homines suis
studijs et cupiditatibus immersi aspernarentur, iubet
ut serui, claudos & cæcos ad nuptiarum pompam
cogant, & compellant intrare.

Mira uero coactio seu compulsio, cum homo ea
lamitosus & famelicus ad lautissimas epulas cogitur?
An non enim hoc unum in uotis habet, ut cum cala
mitoso Lazaro, de micis et reliquijs saturari possit? si
igitur

PHETAM MICHAM. CAP. IIII. no 5
igitur coactionem uolumus dicere: coactio est, quod
ipsi aliud non optant, quod non acquiescere possunt,
nisi ad tam laute instructas epulas uocentur. Adest
enim summa uoluntas consequendi huius beneficij,
Vbi contra Moses, omnis generis minis aliud nihil
potest conficer, quam ut homines in speciem aliquid
faciant, Cor aut ab eo quod faciunt lengissime abest,
Sic uno uerbo prophetae grauisimas & longissimas
conclaves complectuntur.

Ibunt autem gentes multæ, & di-
cent: Venite & ascendemus ad mon-
tem domini, & ad domum dei Iacob,
& docebit nos de uis suis, & ibimus
in semitis eius, Quoniam de Sion e-
gredietur lex, & uerbum Domini de
Ierusalem.

Verbum, ibunt, etiam significat summam uolun-
tatem, sine cuiusquam coactione. Sicut etiam quod
se inuicem cohortantur, et dicunt: uenite ascendemus.
Ostendunt autem hec, quod regnum Christi sit re-
gnum gratiae, quam optant & cum summa uolupta-
te & uoluntate accipiunt omnes, qui sentiunt onus
peccatorum suorum.

Imprimis autem dignum obseruatione est, quod
dicunt se ituros ad montem domus domini, & ad

Regnum Christi
stet habet in o-
uos cultus

COMMENT. IN PRO-
 domum dei Jacob . Et addunt causam cur iuriri sint,
 scilicet , ut ipse dominus eos deceat de iis suis . Hic
 sicut uno digito , propheta ostendit regnum Christi
 in nouissimis diebus reuelandum , Ita etiam retro nos
 uult respicere , & uidere , quale regnum legis fuerit .
Quasi dicat . Hodie ex omnibus Iudea & angulis con-
 fluunt omnes certis temporibus ad montem domini ,
 & ad Ierusalem , ut ibi sacra faciant , ut coram propri-
 ciatorio adorent , ut pascha ibi comedant . &c . Nam
 totus cultus erat ad unam Ierusalem & tabernaculi
 locum destinatus . Sed in nouissimis diebus , cum Chris-
 tus reuelabitur , ibi populi et gentes current ad mon-
 tem domini & ciuitatem Ierusalem , Verum longe &
 lias ob causas . Non enim sacrificabunt , non ibi ador-
 bunt , sed ibi audient & doceri se sinent de iis do-
 mini , ab ipso domino .

Ad hunc modum non solum abolitionem cultum
 legis , & sacrificiorum propheta significat . Sed etiam
 docet de nouo uerbo , cuius , non ut legis , aliquā noti-
 ciam homines habent , sed quæ merè coelestis et ab om-
 nium hominū cordibus abscondita est . In cuius enim
 cor unquā descendit , quod simus salvi , merito Christi
 Iesu , qui pro nobis mortuus est ? Filius , qui in simu pa-
 tris est , iste enarrauit nobis hæc , de quo pater de cœ-
 lo mandat . Hic est filius meus dilectus , hunc audite .

PHE^TETAM MICHAM. CAP. IIII. 117

Lex præterquam quod in ipsam naturam implanata est diuinitus, sicut Paulus eruditè disputat, etiam in gentium cordibus esse cogitationes, quibus aut accusantur malefacta, aut defenduntur benefacta. Etiam per Mosen ante a tradita, & Iudeis ostensa est. Itaq^b Christus in nouo testamento nouum doctrinæ genus assert, quo de remissione peccatorum docemur, & donamur spiritu sancto, ut ambulemus in iuis domini, dum & credimus promissionibus de Christo, & spiritu sancto adiuti resistimus peccato, & excitamus obediendum deo in omnibus præstandam.

Ad hunc modum docet propheta hic de ecclesia noui testamenti, quod sit habitura doctorem ipsum dominum, qui eam doceat de suis iuis. Si ut etiam in 2. Psalmo dicitur: Ego constitui regem meum, super Zion montem sanctum meum. Hic rex annunciat preceptum, dicens: Dominus dixit ad me, Filius meus es tu &c. Hec est clara sententia, regnum Christi positum esse in docendo sicut prophete, ideo ipsum euangelium uocant sceptrum, ut Psalmus 110. & Psal. mo. 45. Sceptrum equitatis est sceptrum regni tui. Nam de uerbo loquitur, quod certum ac firmum est. & fallere non potest.

Sicut autem rex est doctor, ita sequitur, quod huius regis subditi, sint auditores & discipuli, qui audire

Qui in regno Christi sunt, sunt audito-
res, regem suum debent, nec unquam audiendo fatigantur. Est enim euangelium doctrina planè inexhausta, quam nunquam audimus sine singulari fructu. Ac nobis quoq; expedit, ut simus aßiduo in audiendo hoc rege nostro, propterea quod nullum tempus abit, quo non aut doctrina, aut consolatione, aut admonitione, aut etiam confirmatione nobis opus sit, tum propter Satane hostis nostri aßiduos insultus, tum etiam propter imbecillitatem carnis noſtre, & uaria scandala, quibus in mundo exercemur ac irritamur. Nulla autem potest esse firma consolatio animorum contra peccatum, Satanam et mortem, quam quæ ex uerbo petitur.

Merito igitur hoc primum beneficium huius regni commemorat, & prædicat propheta, quod ipse dominus decebit suos de iujs suis, Et quod post hanc doctrinam futurum est, ut ambulemus in semitis eius. Nam Christus per euangelium, in nos effundit spiritum suum, & est in nobis efficax, ut sicut Satan in suis operatur mortem & peccata, Ita Christus per spiritum suum in nobis excitat & operatur fidem, charitatem patientiam, ut quicquid est aliarum virtutum, quas obedientia erga legem dei requirit.

Notanda autem hic quoq; exclusiva est, Sicut enim qui hunc doctorem audiunt, ambulant in se-
uiciis

PHE^TAM MICHAM CAP. IIII. 119

mitis Domini, hoc est, regenerati per spiritum san-
ctum, propter fidem Deo placent, & grata est ipso-
rum obedientia. Ita si hunc Doctorem non audias,
impossibile est, quod gloriari possis te ambulare in
semitis domini. Possunt esse semitæ tue, Francisci,
Dominici, Benedicti, hoc est, humanæ uiae, sed non
Domini uiae.

Qui Christi
non audiunt
non possunt
semitas
Dominii.

Tanto debet maior reuerentia, studium & cura
uerbi in nobis esse. Hoc enim cum retinemus, habe-
mus Domini uias, & quanquam infirmitas nostra ma-
gna est, tamen primitiæ spiritus non erunt sine omni
fructu. Exerent se resistendo carni & cupiditatibus
eius. Excitabunt ad fiduciam auxiliij Dei in malis. Ex-
citabunt ad timorem Dei, ne in secundis rebus securi-
simus. Accendent animos ad studium concordie, ad
charitatem, ad patientiam, ad ignoscientiam, &c.
Hec omnia enim propheta complectitur, cum uias do-
mini uocat. Etsi ut dixi, in tanta animorum imbecilli-
tate, haec quoq; infirma sunt, & sepe obruuntur ui-
ciosis affectibus.

Sed ubi uerbum non est, ibi et si disciplina aliqua
esse potest, tamen non possunt ibi esse semitæ Domini.
Et Satan contrarios motus in impijs excitat, implet a-
nimos securitate & fiducia priorum donorum. I-
nique etiam si calamitas ingruit, tamen nulla fit seria
Vie Satanae.

inuocatio, sed queruntur humana præsidia, feruent
lij motus tali autore digni, contemptus fratum, au-
ritia, luxus, ambitio, &c. Quanquam hæc plerumq;
ab hypocritis singulari pietatis specie, & fucosis ope-
ribus teguntur. Hæ sunt Satanæ et hominum propri-
tiae, in quibus necesse est omnes ambulare, qui hoc Dō-
ctore aut destituti sunt, aut eum audire nolunt.

Sed quid sibi uult ratio addita. Quoniam de Zion
egredietur lex, & uerbum Domini de Ierusalem? Hoc
nimirum, ut & propriam causam cognoscamus, cur
tanto numero gentes ad montem Domini confluant,
& discamus hoc uerbum à uerbo legis discernere.
Hic enim iterum omnes huius regni thesauros in uer-
bum transfert.

Dicit autem aliud uerbum fore, quam de Sinai exi-
uit per Mosen. Lex inquit, de Zion exibit, & uer-
bum de Ierusalem. Hic nisi percusi amentia & cæli-
tate Iudæi essent, an non clare ostendit Propheta, hoc
regnum non fore corporale? Siquidem post illam ma-
gnificam prædicationem de confluentibus gentibus
nihil aliud dicit, quam quod Dominus docebit, & uer-
bum, inquit, egredietur de Zion.

Cur autem promittit nouum uerbum, si illud
Mose datum ualere debet? Valet quidem lex, & de-
bet ualere ad nos docendos de obedientia erga Deum
in

in hac uita. Sed de possessione futuræ uitæ, non solum nihil promittit, uerum etiam spem eius adimit, dum nos conuincit, quod uoluntati Dei non satisfecerimus. Hinc oritur illud animorum horribile periculum, ut cognita uoluntate Dei ex lege, nihil quam mortem & damnationem nostram sentiamus. Impletur igitur animi desperatione, & ira contra iudicium Dei.

Summa igitur Dei bonitas est, quod per Euangelium aliter nos de sua uoluntate docet. In eo annuntia tur remissio peccatorum per Christum. Hanc animi lege perterrefacti, accipiunt summa cum uoluptate, Deum prædicant, eius bonitatem admirantur, Misericordia eius fidunt, in nomine Christi inuocant, & læti promissionem futuræ uitæ expectant. Satana & carni sue resistunt. Atq; hæc omnia faciunt per Doctorem huius uerbi, quod de Zion egreditur. Sic enim docetur uerbum hoc, ut simul Dominus addat spiritū.

Horum nihil Moses per legem, in Sinai uulgatam facit. Ostendit quidem quid faciendum sit, sed quia non simul dat spiritum sanctum, non solum frustra id docet, sed etiam dubitatione, desperatione & blasphemia implet animos, cum uident aliam legem in suis membris, repugnatem legi Dei, & accusantem ipsos. Ideo Moses est formidabilis Doctor, quem fugiunt homines. Sicut ad montem Sinai pauebat multitudo.

in ista horribili specie. Sed ad hoc uerbum, quod in Zion egreditur, accurrit Gētes magno numero, &c.

Est autem emphasis in appellationibus legis, & uerbi Domini. Semper enim prophetæ cum hoc nos uum regnum prædicant, oblique respiciunt ad regnum legis. At Iudei impense gloriabantur, quod haberent legem Dei, & uerbum Dei. Sicut etiam hanc prærogatiuam Psalminus commendat. Non fecit taliter omni nationi. Et Paulus: His sunt concredita ordula Dei.

Hanc gloriationem & prærogatiuam, qua Iudei tempore Euangelij ad Euangelium aspernandum abfuri erant. Propheta hic notat. Q. d. Magnifice nos effertis, quod habetis legem & uerbum Dei. Sed de hac lege, de hoc Dei uerbo potius gaudete, & gloriamini, quod nō exiuit de Sinai, sed quod de Zion egreditur. Ibi enim non docebimini, quid debeatis facere, sed & remittentur uobis peccata, & dabitur uobis spiritus sanctus, ut quæ Deus præcepit possitis facere. Quod si etiam illa satisfactio seu obedientia non plena, sed uitiosa est, remissione peccatorum, quod uitiosum est, tolletur, & tamen ipsa obedientia propter fidem in Christum placebit.

Hæc lex (quam propter antithesin sic appellatur, sicut Paulus quoq; appellat legem spiritus, ipsam do-

Eritam

firinam Euangelijs, seu fidem apprehendentem remissionem peccatorum) hoc uerbum inquit, consolabitur corda, Vbi lex Mosi, dum docet quid faciamus, non autem facultatem faciendi præstat, terret, conscientias exercet, & occidit. Si igitur legem, si uerbum Dei uultis tactare, hoc quod de Zion exibit, iactate, &c. Nunc de fructu doctrinæ, quam dominus in Zion docebit, dicet.

Et iudicabit inter populos multos, & arguet gentes fortes procul dis̄sitas.

Hic addit propheta quasi expositionem superiorum, ut clarè doceat, quod hoc regnum, non in extera uis, aut armis, sed in uerbo sit positum, & quod gentes ad id pertineant. Non erat rarum etiam in lege, ut conuenirent gentes Hierosolymam, sicut Naaman, regina Sabæ, & sine dubio aliqui uicini reges, ut rex Tyri & alij. Sed propheta hic dicit futurum, ut rex qui in Ierusalem suos ciues docebit, etiam doceat magnos populos & arguat gentes fortes, longe à Hierosolymis dis̄sitas. Hoc est, quod Lucæ ultimo dicitur: Pœnitentia & remissio peccatorum predicabitur, sis & œvſce τὸν θύραν, in omnes gentes, sicut tamen ut incipiat à Ierusalem.

Porrò cum scripture etiam gentes ad regnum Christi accessuras dicit. Non solū abijcit Mosen cum

politia

Vocatio gen
tium probat
hoc regnum
esse regnum
gratiae.

Politia sua, tanquam inutilem doctorem ad aeternam
vitam. Sed simul ostendit, regnum Christi esse regnum
gratiae et remissionis peccatorum. Quid enim est esse
gentilem, quam non pertinere ad populum Dei, esse
sine lege, uiuere in peccatis, in idolatria, in impietate?
Quod igitur tales ad regnum Christi uocantur,
an non regnum Christi uere tale regnum est, in quo
non iudicatur secundum opera, sed annuntiatur gra-
tuita remissio peccatorum per Christum.

Sicut Paulus quoque dicit, iusticiam Dei reuelari in
Euangelio sine lege, hoc est, In regno Christi iustos ha-
beri eos, qui carent iusticia legis, et qui peccatores
sunt. Si scilicet credant, per Christum peccata sua
sublata esse.

Atque hoc est mysterium illud, sicut Paulus appellat.
Nam corda nostra cum uident indignitatem suam, du-
bitant de gratia Dei, si enim peccata, quorum nobis
conscijs sumus, abessent, consideremus Deum nobis
propicium esse. Sed huic dubitationi opponenda sen-
tentia hæc est. Quod Christus Euangeliū, hoc est,
remissionem peccatorum, non solis Iudeis, qui legis iu-
sticiam habent et populus Dei sunt, annunciat, sed
gentibus quoque, hoc est, ijs qui non sunt populus Dei
sed miseri peccatores.

Vtitur autem propheta significantibus uocabulis,

cum uocat populos multos seu magnos, est enim uox
 (Rabbim) & gentes fortes. Commendat enim hoc
 modo potentiam uerbi, quo non alia res in mundo cō-
 temptior est. Et tamen huic contempto uerbo, nisi cre-
 dant gentes & populi, quantumuis magni ac fortes, Verbi potest
 pessum ibunt, secundum sententiam. Qui non credide-
 rit, condemnabitur. Hoc periculo mouentur populi et
 gentes, ac submittunt colla Euangelio, patiuntur se iu-
 dicari, hoc est, ostendi & argui peccata. Ea agno-
 scunt, & credunt remissionem per Christum.

Nam propheta hoc in loco uerbo iudicandi & ar-
 guendi uititur, sicut Christus Ioan. 6. Spiritus sanctus
 arguet mundum de peccato, de iusticia, & de iudicio,
 Hoc est, in Euangelio arguentur homines, ut agno-
 scant incredulitatem esse summum peccatum, & do-
 cebuntur, ut remissionem peccatorum credant per
 Christum donari, & ut statuant tyrannidem Satanæ
 fractam esse, ne possit ijs nocere, qui in Christum cre-
 dūt. Sicut propheta hic quoq; addit de fructu, qui hoc
 iudicium, & castigationem hanc sequetur.

Et cudent ex gladijs suis uomeres,
 & ex cuspidibus falces. Non eleuabit
 gens contra gentem gladium, & non
 studebunt amplius bello.

Eadem sunt Iesa, 2. Sed priusquam de prophetæ
 sententiæ

An Christia-
no prohibitu-
tis belligera-
ti.

*Sententia dicam, eorum error reprehendendus est
qui legitimam armorum tractationem putant Chris-
tianis prohibitam esse. Sicut Anabaptistæ non solum
impium esse ducunt belligerari, sed etiam hanc sanctu-
tatis laudē putant, si quis sine telo et inermis incedat.*

Atqui primum constat prophetam hoc in loco mis-
hil agere de Magistratu ciuili, sed de regno Christi.
Relinquit igitur magistratui Politico suam adminis-
trationem integrā, ut pax publica conseruetur, qua
etiam Ecclesijs opus est. Porro sine armis pax retine-
ri nequit. Et bella eo fine geruntur, ut non solum de-
pellantur iniurie, sed ut firma pax constituatur.

*Si quis igitur ita sacrarum rerum imperitus est,
ut hoc eò accommodet, ne Christiano aut arma gere-
re, aut ijs legitime uti liceat. Is sententiam prophete
inceptim peruerit. Non transfert sententiam à Chri-
sti regno spirituali ad regnum corporale. Idq; contra
manifestam scripturam, que Magistratui necessitate
imponit, defendendi subditos ab iniusta ui, & custo-
diendæ pacis. Sicut Abraham armis defendit Lot, &
regum historiæ ostendunt, non solum maxima bella
gesisse pios reges, sed etiam consilia eorum fortunasse
Deum. Et manifesta sententia est in concione Ioannis
de poenitentia, ubi iubet milites contentos esse stipen-
dij suis. Probat enim armorum legitimū usum, uel*

concessum, uel mandatum à Magistratu, nec iubet a
būcere arma.

Vera igitur huius loci sententia est, quod propheta figurate loquitur de fructu, qui euangelium in gentes uulgatū sequitur. Postquam enim homines de peccatis suis: item de ira & iudicio Dei sunt admoniti, (hoc enim est quod propheta de iudicandis populis dixit, & arguendis gentibus) Etiam de remedio, quo huic malo occurri potest, docentur: Nempe de remissione peccatorum, per filium Dei parta, quē se dedit victimam, seu, ut Paulus elegantiſime dicit, λυτρόν, hoc est, pretium, quo peccata nostra redimerentur.

Hæc euangeliſ promiſſio terrores illos peccati & legis tollit, ac corda reddit quieta. Vident enim Deum propter filij sui mortem non amplius irasci nobis, Vicissim igitur amant Deum, fidunt eius benignitate, agunt ei gratias, quod per filium suum à morte & peccatis liberauerit. Sicut Paulus hoc ipsum sine figura dicit, quod propheta hic figurate uoluit dicere. Iustificati, inquit, fide pacem habemus apud Deum. Hoc est, postquam corda persuasa sunt, peccata nostra à filio Dei sublata, & Deum nobis per filium reconciliatum esse (nam hoc uocat Paulus fidem) fit, ut homines nihil metuant à deo, quem placatū norunt, sed confos

Pax fratren-
no Christi.

consolantur se misericordia eius, & sunt bono animo
etiam in cruce & periculis. De tali pace prophetat
hic loquitur, qua corda liberantur metu mortis & in
dicij dei, per Euangelium de filio dei tradito, propter
peccata nostra.

Quia autem per Euangelium exæquantur omnes
(Sicut enim Deus sub peccatum omnia conclusit. Ita
Pax inter eō
sortes fidei.
etiam omnium uult misereri) Sequitur ex hac exæ-
quatione etiam pax externa inter Ecclesiæ membra,
nec manet amplius acerrimum illud odium, quod fuit
inter Iudeos & gentes, stante adhuc maceria legis.
Quid enim aut Iudeus se preferat gentili, aut gentilis
Iudeo, cum Iesus Christus filius Dei æqua & commu-
nis omnium possessio sit? Cum omnes simus baptizati
in mortem Christi, & uiuamus in spe æternæ uitæ,
per Christum consequendæ.

Fit igitur, ut qui ante cognitum Euangelium, odio
isto, tanquam acutis gladijs et uenenatis telis, usi sunt.
Hi nunc inter se concordes uiuant, & utantur illa
sancta concordia, tanquam uomeribus & falcibus, ad
secandos & metendos nobiles illos fructus fidei, erudi-
endo alios quoq; ad iusticiam, & inuitando eos pietate
& inculpatiis moribus, ad cognoscenda & conse-
quenda beneficia, quæ Euangelium nobis per filium
Dei ostendit exhibita esse.

Idcō

PHE TAM MICHAM. CAP. IIII. 229

Ideò addit propheta, Non eleuabit gens gladium contra gentem, nec erit amplius studium belli, hoc est. Erit summa animorum inter se coniunctio, postquam homines hoc modo agnoscunt Christum, & per remissionem peccatorum corda pacata sunt. Non studebunt amplius bello. Hoc est, non solum non nocebunt alijs, sed omni genere officiorum inter se utentur, & opera iuuabunt fratres, ac præcipue illa eximia præstabunt, ut doceant rudes, ut admoneant incertos, ut castigent ignuos, ut consolentur pauidos, ut exhortentur periclitantes, ut confirment infirmos, &c. Hec enim officia in ecclesia debent esse perpetua.

Etsi autem propter carnis molestas ac uiciosas cupiditates, deinde etiam propter Satane insidias, non ab omnibus hæc ita fiunt, sed etiam sancti sæpe labuntur & peccant, tamen uerbum tanquam lucerna semper præit monendo, & docendo hæc, ut saltem agnoscant credentes infirmitatem suam, & ei non indulgeant, sed resistant malis cupiditatib. & mortificent carnem suam. Hæc uerbi assidua quasi exhortatio non est sine fructibus in ecclesia, etsi fructus isti, propter infirmitatem, minus sunt conspicui.

Et sedebit unusquisq; sub uite sua, & sub ficu sua, nec erit qui eos terreat,

180 COMMENT. IN PR O^e
Quoniam os Domini Zebaoth lo-
cūm est.

Significant hæc quoq; sumam tranquillitatem
qua animi fruentur, qui in ista euangelij prædicatione
acquiescunt. Et tamen uidetur propheta singulari
consilio primum uoluisse uti non una tantum specie
arborum, deinde talibus arboribus, quæ & secundum
diſſimile sunt, & propter fructum solum, non pre-
Vitis & si-
cus. pter umbram aut speciem coluntur. Nam & in ec-
clesia uariæ sunt functiones & officia auaria, & na-
lus Christianus est, qui in suo genere sit tanquam se-
cunda uitus seu fucus.

Diuersa officia sunt, docere ecclesias, & admini-
ſtrare gladiū, sicut diuersæ species sunt, uitis & fucus.
Et tamen utraq; habent suos pulcherrimos fructus.

Doctor sua diligentia ostendit uoluntatem dei &
ſalutem. Magistratus ciuilis, est custos pacis, defendit
bonos, malos punit. Quanta diuersitas est inter
Oeconomos? Sed si Christiani sint, singuli suos no-
biles fructus habent, quibus alios iuuant. Deinde illa
omnium & singulorum cura est, ut propagent no-
titiam dei, ut in periculis se & alios erigant fiducia
auxiliij diuini, ut inuocent deum, ut uincant mala
præsentia ſpe futuræ immortalitatis, ut fint patientes,
non cupidi uindictæ, &c. Ad hunc modum singuli in
ſuo uita

HETAM MICHAM CAP. IIII. 131

suo uite genere habent uitem & sicut suam, plenam
suaissimis fructibus.

Nec est qui eos terreat. Non quasi aut mundus.
aut Satan non plurimum periculorum contra eos ex=
citatur sint. Sed primum ista fiducia misericordie et
uerus eius fructus: nempe aeterna uita eis non excuti=br/>tur. Deinde quanto temptationes ingruunt ualidius, tan=br/>to uberior occasio adest, exercendae fidei per inuoca=br/>tionem, que certam promissionem habet liberationis,
& securitatis, de qua propheta hic loquitur.

Particula que additur, Quoniam os domini Ze=br/>baoth locutum est, Est confirmatio tam magnifica
promissionis de regno Christi, qua opus erat, pro=br/>pter illud ingens scandalum uastationis & captiuita=br/>tis regni Iuda. Videbatur enim non solum exitium toti
populo & religioni imminere, sed etiam in dubium
reuocari promissio de regno Christi. Consolatur igitur
propheta pios, ut in illa publica calamitate ma=br/>gno sint animo, & se consolentur certa spe regni
Christi futuri, in quo & remissionem peccatorum &
uitam aeternam, hoc est, summam pacem & securita=br/>tem omnes consecuturi sint, qui in Iesum Christum
credunt. Nam os domini Zebaoth haec locutum est.

Quoniam omnes populi ibunt, sin=br/>guli in nomine Dei sui, Nos autem ibi

282 COMMENT. IN PRO-
MUS IN NOMINE DOMINI DEI NOSTRI IN SE-
CULUM, & IN PERPETUUM.

Hæc particula uidetur pugnare cum superioribus, Quo modo enim conuenit, quod supra dixit: gentes et populos multos uenturos, cum eo quod nunc addit. Singulos populos ambulaturos in nomine sicut dei? Sed respicit propheta ad Satanae & mundi maliciam. Sicut enim cum Christus huius regni prece esset, impij iudei, Pharisæi, sacerdotes, reges à Satana concitabantur contra Christum, et Apostolos, ita semper in mundo accidit. Nunquam hoc uerbum regni Christi prædicatum est, quin alij se opponerent, quin alij alios deos & religionem altam sequerentur. Sicut Christus quoq; ostendit, cum dicit: Pauperes euangelizantur. Item, Si meum uerbum seruauerunt, etiam uestrum seruabunt.

Pertinet igitur particula hæc, ad docendam ecclesiam & premonendam de scandalo, Quod ubi cunq; hoc regnum in mundo est, ibi etiam erunt, qui hunc deum nolint sequi, et glorientur de alijs diis, de alia religione, & cultibus alijs. Imò quod semper erunt, qui ueram ecclesiam damnabunt, tanquam que non habeat deum. Sic enim singulæ gentes ambulant in nomine dei sui, ut diuersa sequentes iudicent esse impios. Sicut hodie aduersarij nostri nos tanquam haereticos damnant,

PHETAM MICHAM CAP. IIII. 185

Damnant appellant membra ab ecclesiæ corpore rei
seculi, &c. Quia persuasi sunt, nos à deo abieitos, se
autem solos uerum deum habere & esse ueram ecclesi-
am. Hoc scandalum magnum est, Nam primum ue-
hementer dolet pijs animis, ueram doctrinam sic bla-
phemari à mundo. Deinde nonnunquam ista securitas
te aduersariorum sollicitantur ad dubitationem.

Propheta igitur postquam de periculo hoc admone-
uit, Nunc etiam consolationem addit. Nos autem,
inquit, ibimus in nomine dei nostri. Hoc est, Si gloria-
tur aduersarij de suis dijs, si damnant, contemnunt
& blasphemant deum & uerbum nostrum, Vici-
sim nos gloriemur de deo nostro damnamus uicissime
ipso, Scimus enim nos habere dominum, qui est (: es
boua) hoc est, scimus nos habere uerum deum, ipso
autem esse idolatrias.

Tribuit itaq; hoc in loco Propheta ecclesiæ libe-
ram confessionem, ut non patiatur se terrori iudicij
false Ecclesiæ, sed ut primum magno animo perget
in ijs domini dei sui, deinde ut libere damnnet diuer-
sa sequentes. Debet quidem ecclesia esse patiens, hu-
milius & officiosa, sed cum uersatur in suis rebus. At
cum de doctrina, de cultu dei, de ipso deo agitur, ibi
debet superba ac animosa esse, ac libere sine dissimula-
tione damnare omnes errores, et sua defendere. Hoc

Ecclesia pa-
tie s & anti-
rota illi, &c

k b enim

enim non solum ad Christi gloriam, sed etiam ad an-
morum salutem pertinet.

Si enim aduersarij dogmata sua libere, & nenie
damnante, in publicū spargerent, multò plures sedu-
cerentur. Nunc, cum & damnamus eos, & nostra de-
fendimus, cum gloriamur etiam de lumine uerbi,
quod apud nos est, ac Pauli exemplo etiam angelos
anathematizamus, si diuersum doceant, saluatur Chri-
sto bonos suos, & satane conatus franguntur, non
ualentis tam multos in fraudem inducere.

Ad hanc superbiam & obstinatam uocat pro-
pheta hic ecclesiam, & promittit quod illi, qui hunc
dominum habent, & in iuis eius ambulant, hoc est,
qui uerbum eius sequuntur & retinent, erunt in se-
culum & in perpetuum, hoc est, quod manebunt po-
pulus dei, etiam pos! hanc uitam in sempiternum.
Hoc testimonium de resurrectione & uita eterna dis-
gnum est notatu. Agnoscamus igitur thesaurū, quem
nobis dominus dedit, reuelato regno Christi, et patien-
tes in aduersis gloriacionē hanc uera doctrinā ac fī
uita eternā retineamus, neglectis illis, qui alios cultus
et deos alios sequuntur, ac nostrā doctrinā damnant.

In die illa dicit dominus: Colligam
claudicantem, & congregabo eiectam
quam afflixī,

dixit

PHE TAM MICHAM CAP. IIII. 135

Dixit hactenus de regno Christi, quod per doctrinam Euangelij incipiet in Ierusalem. Ac etiam de gentibus addidit, quod sint se regi Christo adiuncti. Eo tempore, inquit, cum ista sic fient, erit alicubi claudicans ex in longinas terras proiecta mulier. Eam etiam adducam ad hoc regnum, & amplectar.

Porro usitatum est in prophetis mulieris nomine ^{Claudicantem} appellare gentem vel populum. Hec igitur claudicans ^{vocatus regnum Israël.} & proiecta mulier est domus Israël, quam propheta supra cap. 2. sic dicit proiectandam & dissipandam in gentes, ut & amplius non sit pars in sorte Domini. hoc est, ut stante illa republica & cultu Mosaico, non sit redditura in terram suam.

Vocat autem (Hazoleah) claudicantem, siue obsterilitatem, quod quibus os foemoris loco motum est, parum sint aptae ad partum, siue, quod domus Israël (sicut Elias quoq; loquitur) postquam se à regno Iudee auulsit, in perpetua idolatria uixerit, nec recte incesserit in cultu Dei diuinitus instituto. Et hec appellatio ostendit causam calamitatis, quod propter idolatriam regnum Israël uastatum sit.

Necessaria itaq; hec consolatio fuit. Quod et si spes, redeundi ad populum Iudeorum præcisa esset, tamen audiunt se non ideo excludendos esse à regno Christi. Vult itaque propheta, ut non solum respi-

ciāt in præsentem uastationē, quam Assyrius erat allaturus. Sed ut magis respiciant ad futuram collectiōnem, quam ipse Dominus erat facturus, ut collecti ad Ecclesiam promissō semine fruerentur, & aeternis bonis per semen Ecclesiæ fidelium partis.

Hæc tanta sunt, ut facile fuerit bonis, incommoda præsentis captiuitatis & uastationis ferre. Quis enim in certa spe aeternorum bonorum, non facile patiatur temporalia sibi adimi? Sed hæc tantum fidelium consolatio fuit. Maior autem pars fuerunt impij, qui & promissiones spiritualis liberationis neglexerunt, & cupiditate corporalium commodorum, non inviti se adiunixerunt gentibus, sicq; in impietate perierunt.

Porrò hic locus clare explicat aliorum prophetarum obscuriores sententias de restitutione decem tribuum Israël. Quia enim diserte dicit restituendas esse postquam regnum Christi in Ierusalem cepit, & gentes Euangelium amplectæ sunt, sine dubio restitutio talis erit, quale hoc regnum est: nempe non corporalis, qualem somniant adhuc Iudei, sed spiritualis. Quod Euangelio inter gentes prædicato, etiam ipsi credentes & participes efficiuntur beneficiorum Christi, per fidem in Christum. Ac secundum hanc sententiam etiam intelligenda sunt, quæ sequuntur.

Et faciam ut claudicans habeat posteri ratem

PHE^{T.}. MICHAM CAP. IIII. 137
tatem, & ut infirma crescat in gentem
robustam. Et regnabit Dominus su-
per eos in monte Sion, à modo usq; in
seculum.

Non hoc uult, quod potentiam & opes assequen-
tur. Sicut enim rex huius regni pauper & calamito-
sus in hac uita fuit. Ita etiam pauperes & calamitosi
erunt in hac uita, quotquot in eum credunt. Frustra
igitur Iudei expectant corporalem dominationem.
Omnis gloria huius regis & subditorum in eo erit,
quod cum rege suo in aeternum uiuent.

Est enim hoc in loco primum insigne testimonii. Testimonii
dimitieatis
Christi & re
surrectionis
mortuorum.
Quod caput huius regni Christus sit uerus Deus, tri-
buit enim ei nomen ueri Dei (lehoua)

Deinde etiam est testimonium clarum de resurre-
ctione mortuorum, & alia uita post hanc uitam. Si
enim Dominus regnabit super eos, non solum in hac
uita, sed in aeternum. Profecto necesse est, eos in aetern-
um uiuere. Deus enim est Deus non mortuorum, sed
uiuentium. Et cur prædicaretur hic tam magnificè re-
gnum in mortuos, qui nihil sunt? Si regnum est, est ui-
torum regnum. Sicut igitur necesse est homines om-
nes semel mori. Ita huius regni ea uis est, ut in eo mor-
tui uiuant iterum, & non moriantur. Sicut haec in
novo testamento clarius dicuntur. Qui credit in me,

k 5 etiam si

Ioan. ii. etiam si mortuus fuerit, uiuet. Item, Ut omnis qui crea-
Ioan. 3. dit in filium Dei, non pereat, sed habeat uitam eter-
 nam. Hanc consolationem desertæ & abiectæ domini
 Israël proponit, ut spe horum aeternorum bonorum,
 se erigant & uincant corporalia incommoda, qua
 peccatis suis meruerunt.

Sed quid est quod dicit. Regnabit super eos in
 monte Zion? Cur nominat corporalem locum, si re-
 stitutio hec spiritualis solum & non etiam corpo-
 ralis est? Hec causa est, cur Iudei adhuc corporalem
 restitutionem expectent. Siquidem propheta cor-
 poralium locorum meminerunt. Et Doctores alii
 etiam in has carnales opiniones delabuntur. Sed si
 quis prophetæ uerba uideat, pulchre cum experi-
 entia conuenit. Res enim ostendit Zion euersam & sui
 datus uastatam esse. Frustra igitur expectatur corpo-
 ralis loci & populi restitutio.

**Zion signifi-
 cat Ecclesia.** Nec propheta de corporali Zion loquitur. Lo-
 quitur enim de tali Zion, quæ duret in aeternum. No-
 igitur de lapidibus & lignis loquitur, sed de Zion
 hoc est, de illo populo, qui uerbo, quod in Zion pri-
 mum spargi cepit, credit, & sic saluatur. Hic popu-
 lis, hec Ecclesia credentium in Christum, est illa æ-
 terna Zion, super quam regnabit Dominus. Sic
 etiam prophetæ alii in hanc ipsam sententiam

utuntur nomine Ierusalem, pro eo populo, qui uerbo,
quod in Ierusalem primum prædicatum est, credit.
Ad hunc modum prophetæ, omnes absurdas opinio-
nes Iudeorum cautissimè quidem præcidunt. Sed
cæci homines etiam quæ uident, non uident. Christus
dicit: Cœlum & terra transibunt, & tamen cæci ho-
mines somniant locum in terra æternum.

Atq; hic etiam non inconueniens est, arguere
blasphemam impudentiam Papistarum, in tanta
uerbi luce nondum cessantium à defensione prima-
tus Pontificij, quod Pontifex Romanus sit caput Ecclesiæ in terris. Sed propheta diserte dicit: Do-
minus regnabit super eos in monte Zion, à nunc
usq; in seculum. Montis Zion meminit, ut significet
populum seu Ecclesiam in terris. Hæc aliud caput
non habebit, quam Dominum Christum. Non enim
is sic deseruit Ecclesiam suam, ut alio uicario opus
sit. Ministros habet in Ecclesia sua. Dominos &
reges non habet. Ideò Antichristicum est, quod Papa
hanc dignitatem affectat, ac planè impium, quod
etiam eam defendit. Nam pī sequuntur Christi re-
gulam. Reges gentium dominantur gentibus, uos au-
tem non sic.
Et tu Eder turris filiae Zion caligino-
sa, Decor tuus ueniet, & ueniet domi-
nium

Pontifice Rom. &c. esse
caput Ecclesie. sicc.

nium primum, regnum filię Ierusalem.

Hic redit ad regnum Iuda. Id quoniam per Babyloniū uastandum, & populus captiuus abducendus erat, etiam consolatur, ne desperet de tam praeclaro regno Christi.

Vocat autem regnum Iuda turrim Eder, per synecdochē. Quia turris Eder fuit in tribu Iuda, sicut apud Eder, paret ex cap. Gen. 25. Vicitur autem est, totum de nominare à parte. Sicut plerūq; à paruis oppidulis Eder, magnæ Regiones nomen sortiuntur. Porro Eder significat gregem. Quare etiam per allegoriam regna Iudeæ hoc nomen conuenit, in quo fuit templum & cultus Dei, ad quem populus, tanquam greges, ad certum locum colligebatur.

Atq; ob hanc causam etiam Epitheton ei tribuit Ophel, (Ophel Bath Zion) Significat autem (Ophel) propter, quod quasi intra nubila conditum, non facile cōspici potest. Ac si dicas, caliginosum, seu inuolutum nubibus. Hæc appellatio pulcherrimè conuenit ad Ecclesiam, cuius dona summa sunt. Sed sunt abscondita infirmitate et scandalis, ut oculis carnis non possint certa Alma. ni. Ideò Ecclesia recte dicitur Alma, uelata & abscondita.

Alij per metalepsin uocabulum (Ophel) accipiunt pro munitione seu propugnaculo. Neq; id ineptū est.

est Nam quod ad prophetam attinet, non de lapidi-
bus loquitur, ex quibus turris hec constructa fuit. Sed
de summo dono huius populi loquitur, quod habebant
verbum & cultum Dei, & locum cultus ab ipso Do-
mino destinatū. Alię munitiones, potentia, opes, quan-
tumque magna, pereunt, & sēpe nocent possessoribus
At noticia Dei, verbum, uerus cultus dei, hæc ubi sunt
ibi sunt homines tuti à spiritualibus nequitijs. Contra
ubi nō sunt, ibi omnia sunt plenissima maximorum pe-
riculorum. Hæc de Grammatica, nunc sententiam
uideamus.

Instabat populo horribilis uastitas. Itaq; ne om-
nino desperarent, consolatur eos, ne aestiment rem ex
presenti facie, Nam uastitate illa tolli decorum omnē,
qui tum in Politia, tum in sacerdotio erat. Sed hic, ins-
quit, est decor temporalis, quem alioqui oportet cessa-
re. Itaq; nolite de eo ualde esse solliciti. Est aliis decor
spiritualis et eternus, ille debetur huic regno, in hunc
respicie, & spe huius, obliuiscimini temporalium
incommodorum.

Est autem ille decor primum dominium, seu pri-
mum regnum filiæ Ierusalem. Q. d. Haec tenus nullum
uerum regnum habuistis. Si opes, potentiam & alia
respiaciatis, floruit regnum sub Davide, Salomone, &
quibusdam alijs regibus. Sed quale regnum fuit, cum
omnia

Spiritualis
decor regni
Christi.

omnia morte constricta, peccatis polluta, & ira Dei
oppressa essent? Sed cum Christus ueniet, ibi demum
uerus decor & principale Dominum, cuius ante-
nihil simile fuit, ueniet. Non enim dominabitur uobis
amplius mors, non peccatum accusabit uos, non Satan
tyrannide sua infestabit uos, sed liberi eritis, quia fe-
lius uos liberabit. Addit igitur.

Nunc quare ita misere uociferaris?
Num rex tuus non est tecum, aut
consiliarius tuus periret, Siquidem te
apprehendit dolor, tanquam partur-
ientem?

Hæc est exhortatio, addita promissio. Vida
populum ita metu captiuitatis, & calamitatis esse
oppressum, ut omnium promissionum obliuiscatur.
Itaque hortatur, ne id faciat. Apprehendit, inquit,
uos dolor tanquam parturientem. Itaque uociferari-
ni, quasi ille rex, de quo dico, non sit inter uos, &
quasi consiliarius ille uobis perierit. Sed male faci-
tis. Profecto ueniet. Itaque ne pati amini uobis spe-
istam excuti.

Pertinet autem hæc particula ad nos docendos de
Christus uo- infirmitate nostra in periculis. Sicut enim extra peri-
catur Consi- culum in rebus lœtis animi labuntur in securitatem.
liarius.

Ita cum primum ingruunt pericula, paucemus & de-
spice-

speramus. Iudicamus Deum nobis ira, ci, nos abijcere,
nos non uelle curare amplius. Verum enim est quod
Daud dicit: Omnis homo mendax. Nam in tentatio-
ne ita obruiuntur cogitationibus iræ Dei, ut obliuiscar-
nur omnium serè promissionum Dei.

Tribuit autem propheta hic Christo regi, nomen Christus con-
siliarius ecclie
fixe sunt.
Consiliarij, sicut etiam Esaias cap. 9. Quod etiam cū
affligi nos finit, consultit nobis ne pereamus. Sed cum
captiuū ab ducerentur Iudei, iudicabant se Deum cons-
siliarium amississe, & sine omni spe auxilij in gentes
abduci. Monet itaq; propheta, ut animi in temptatione
contra hanc dubitationem pugnant, propterea quod
ecclesia curæ est regi & Consiliario suo.

Etiam hoc monet, ut in periculis abstineamus à fit-
ducia præsidiorum humanorum, hoc enim est regi
Christo nomen & honorem suum adimere. Tum e-
num ipsi debemus nobis esse consiliarij, si alium con-
siliarium non haberemus. Iam cum rex Christus ha-
beat nomen Consiliarij & sit (Ioëz) noster, cur se-
quimur, aut tentamus alia consilia? Si enim uel con-
silijs uel auxilijs fidendum est, quis non maxime huius.
Consiliarij eterni & omnipotentis consilijs fidat?

Sed habent hæc consilia aliam speciem, quam con- Mundi cons-
ilia.
silia mundi. Mundi consilia magnifica & infallibilia
esse uidentur, nituntur enim rebus, quas ratio uidet

& imp

et intelligit, opibus, potentia, sapientia, &c. At con-
filia huius regis, sicut etiam ipsum regnum, infirma-
Consilia re-
gis Christi.
sunt, & specie omni carent. Tum enim Deus suos lis-
berat, cum prius affixit. Tum erigit, cum prius pe-
sum dedit. Tum iustificat, cum prius in conscientia de-
cusauit. Ideo mundus ab hoc consiliario refugit, maulit
opibus & potentie, quam uerbo inniti. Et tamen res
ostendit, quod Christus dicit: Cœlum & terra transfi-
bunt. Verba autem mea non transfibunt. Qui enim
huic consiliario innituntur, hi seruantur & liberan-
tur, sicut docet exemplum Iudeorum in captiuitate,
& tota ecclesiæ historia.

Dole & emitere filia Sion, sicut par-
turiens. Quoniam nunc egredieris de
ciuitate, & habitabis in agro, & uenies
usq; Babylonem. Ibi liberaberis, ibi re-
dimet te Dominus de manu inimico-
rum tuorum.

Pertinet etiam hoc ad consolationem, quod tam
certo captiuitatem prædict. Nam mala ineuitabilitas
Similudo facilius feruntur. Ideo utitur etiā similitudine de pars
*de parturien-
te, turiente fœmina. Non solum, ut magnitudinem peri-*
culi & doloris ostendat, sed magis ut certam spem li-
berationis faciat. Nam cum mulier apprehenditur
doloribus partus, hi dolores quid aliud significant,
quam

PHETAM MICHAM. CAP. IIII. 143

quām fœtum nunc maturum esse , qui exeat ex utero
matris in aliam uitam. Itaq; dolores hi nō significant
mortem , sed geminari uitam , ut & mater liberetur
onere illo, & homo nouus nascatur in mundum.

Sic , inquit propheta , uos quoq; cogitate , affligenti
ni & male à gentibus tractabimini. Itaq; gemitis &
dolebitis. Id sāne non prohibeo: video enim impossibi
le esse nō dolere in doloribus summis , sed debet huius
doloris modus esse , captiuitas certa est . Vos autem ,
sicut in partu , sperate secuturum fœtum aliquem ,
Itaq; enitemini , hoc est , spe & orationibus urgete im
minentem commutationem , quām consiliarius uester
faciet. Non abijcite animum , &c.

Nunc autem congregabuntur ad
uersum te gentes multæ , dicentes :
Polluta est . Cum gaudio aspiciet ocul
lus noster Sion.

Sicut propheta ante ostendit , que sint iudicia futu
ra populi , cum ingruerit calamitas , quod desperabunt
ac respicient ad humana auxilia , ac consolatus est
populum contra hec iudicia , quod dominus sit con
siliarius , qui sic affligit , ut iterum liberet . Ita hoc in
loco ostendit , que sint futura iudicia gentium de po
pulo Israëlico sic afflito , & etiam contra illa iudic
ia gentium consolatur suos .

Fiet, inquit, ut congregentur aduersus te, gentes huius
dæ et multæ, nec tum est, ut expectes ab eis opem. Hou-
potius fiet gaudebunt de incommodis tuis, iudicabunt
id quod res est, te dare poenam peccatorum, te pollutum
a deo projectam & desertam esse, Ideò parabunt se
ut te possint delere, Sed tu expectabis meliora.

De hoc affectu etiam concionatur Psalmus. 137.
Nam & vicinis gentibus uoluptati fuit, deleri hu-
populum, & ipsi hostes miseris captiuis insultabant,
sicut dicunt: Cantate nobis canticum Sion. Hæc enim
semper populi dei fortuna est, ut Satan odium suum
*Fortuna p.
pudi des.*
non possit explere, nisi etiam insultet eis in summis &
lamentibus. Sicut impij Iudæi Christo pendenti et da-
nutanti Eli, illudunt: Veniat Elias & liberet cum.
Mundus enim sic solet, cum tempus postulat miseri-
cordiam, consolationem, opem addit crudelitatem,
ludibria, insultationes. Hæc inquit propheta uobis
quoq; tum accident, sed nolite offendere.

Ebraïsmus est in uerbo, uidebit oculus noster, si
nificat enim cum gaudio aspicere et delectari uidendo.

Sed hæc gentes nesciunt cogitatio-
nes domini, neq; intelligunt consilium
eius, Quoniam congregauit eas, sicut
manipulos in aream.

Hic incipit contra insultationes & maligna flu-
dia gen.

PHETAM MICHAM CAP. IIII. 147

dia gentium consolari populum suum. Non affligemini casu, nec euenient omnia, sicut gentes impi e nunc cogitant; Nam etiam dominus habet suas cogitationes, & consilia sua. Ad ea oportebat uos respicere, Non ad uestra aut gentium impiarum iudicia. Vide mini uobis & gentibus colligi nunc, ceu manipuli, ut in area Babylonis triturremini. Sed mihi credite, domini consilia alia sunt, nempe: ut gentes tanquam manipuli colligantur, & uos eas trituretis.

Atque hec ceu generalis doctrina est, quam diligenter in omnibus temptationibus, et periculis debemus semper. Nam in omni temptatione hoc primum est quod cogitamus, nos a deo abiectos, aut desertos esse, ac deum permisurum esse omnia libidini hostium nostrorum & Satanae. Contra has cogitationes consolatur nos propheta, & docet, quod nulla tentatio, calamitas nulla incidat, nisi certo dei confilio. Non enim affligit deus nos, ut reddat nobis secundum peccata nostra, alioquin non corporales, sed eternas poenas & calamitates immitteret. Nam peccata nostra vere eternas poenas merentur, Sed ut consulat nobis. Est enim sicut propheta eum supra appellavit (Ioez) seu confiliarius.

Quod autem hoc consilium est? Nimirum: ut hoc modo nos deus reuocet ad poenitentiam, ut agnoscentes

Quo consilio
de sinos affli-
gat.

scentes peccata nostra, cōuertamur et emendemur, et
deus iterū nos liberet, ac sic glorificetur nomen eius.

*Quare in omni temptatione respiciendum erat pri-
mum ad uitam & mores nostros. Emendanda erant
que uitiosa sunt, de quibus nos deus per calamitates
admonet, ut ea emendemus. Sed homines ferè con-
trarium faciunt. Primum enim secure pergunt in pec-
catis, ita fit, ut calamitates quotidie crescant. Dein
de querunt aliam uitam salutis: nempe auxilia homi-
num, cum deus hoc consilio calamitates immittat, ut
agnoscentes peccata, emendemur, & liberati à domis
no, gratias agamus nomini eius, &c.*

Porrò solet hæc prophetia plerumq; exponi de
regno Christi, quod per Apostolos gentes triturat;
hoc est, ad obedientiam euangelij & fidei traducla-
sint. Sed quia hæc prophetia infra suum locum habet,
cum de capite regni huius in Bethlehem nascendo ual-
tincatur, rectius uidentur hæc transferri ad hislo-
riam, quod scilicet captiui Iudæi in Babylone per uer-
bum, ad ueram dei notitiam & ueros cultus, gentes
transferent.

Cabilen⁹ ue-
nerunt ad reg-
nitionem dei

Sic Daniel per mirabilem occasionem innotescit
in aula regis NebucadNezar, ac per eum, aliosq;
pios cognitio dei in totum regnum spargitur. Si ut ex-
tant edicta, quibus rex ille omnes subditoshortatus
ad cal-

ad cultum ueri dei . Idem accidit cum filio eius Eui Merodach , Is enim nisi deum Iudeorum habuisset pro uero deo , neutquam regem eorum liberasset ex carcere , & regio loco habuisset.

Interim Daniel cum in Medis est , Darium & Cy rum instituit ad pietatem . Et extat insigne Darij edictum de deo Danielis . Cyrus autem autem magnifica testimonia pietatis , tum in Esaiā tum Ieremia habet . Et est insigne eius opus quod captiuos Iudeos dimittit , & sumptus addit ad ædificationem templi Esrēs . Sic Artaxerxis pietas egregie prædicatur , qui mult pro se , & regno orari in templo , & magnificos sumptus ponit , tum in ædificationem tum in sacra , Esrē . 7.

Hec est illa trituratio , de qua dicit dominum cogitare , ad quam nunquam Iudei uenissent , nisi modo in gentes essent sparsi . Fit igitur hic insignis commutatio , domi ubi habuerant templum , peccauerant uarie . Ideò dant poenas impietatis , & abducuntur in exilium . In exilio autem colunt deum , & sanctissima opera faciunt , Non quidem sacrificando , nam id extra templum non licebat , sed sacrificando nomen dei , & propagando regnum eius , dum alios à pietatem & iusticiam eruditunt . Hanc consolationem uult ut tum cogitent , cum captivi abducentur , et

150 COMMENT. IN PRO-

iubet ut magno sint animo, sicut sequitur.

Surge & tritura filia Sion, Quo-
niā cornu tuum ponam ferreum, &
ungulas tuas ponam æreas, & commi-
nues populos multos.

Respicit ad triturationis usum, quem habebant
in Iudea. Non enim flagris excutiebant grana, sicut
apud nos in Germania, sed sicut adhuc in Italia et al-
ijs exteris nationibus solet, iumentis ad eam remi-
bantur. Ideo dicit es meus bos, quem armabo ferreis
cornibus, & æreis ungulis, Vngulis æreis opus est,
ut non desatigentur nec atterantur excutiendo grana

Significat igitur efficaciam additam ministerio
docendi inter gentes, quod non frustra docetur, sed
sicut solet dici: Bos lassus fortius figit pedem. Ita ipse
ita præment & obterent gentes, ut mulius inde deo
Corma fer. & hominibus enascatur fructus.

Sed quid opus est cornibus ferreis ad triturationem,
cum ungulis solis utatur bos? Robur bouis est in
cornibus, significat igitur fiduciam & animum in-
fractum in ijs, qui inter gentes docebunt. Sicut insi-
gnis sociorum Danielis uirtus fuit, qui ob honorem
sui dei, procidere coram statua noluerunt. Magnus
animus quoq; in ipso Daniele fuit, admonente & do-
cente regem, de futura poena. Item obiurgante, ima-

pium

pium Belsazarem. Hæc ferrea cornua ipse Dominus tritauranti boui donauit, ut comminuerentur multi populi: nempe illi ipsi, qui se contra Zion congregauerant.

Deuoui enim Domino opes eorum & facultates eorum Domino uniuersæ terræ.

Pulchre propheta ubiq; uidet, quomodo apta & commoda remedia opponat perturbatorum cogitationibus. Metuebant boni, ne tanto tempore, quo eis in captiuitate uiuendam erat, omnia abirent in gentilitatem. At promittit Dominus, futurum, ut etiam gentes ad cognitionem Dei uenient. Metuebant etiam, ne direptis facultatibus unquam templum, & ciuitatem possent restaurare. Sed inquit Dominus, hic quoque proficiam uobis: Sinite ut gentes pro arbitrio nunc rapiant uestra: Sinite ut ex rapina cumulēt sibi opes. Nam istas opes multi cumulant, ut suo tempore habent posteri uestri unde templum reædificant. Sic citatur Esdræ 5. decretum Cyri. Et supra quoq; diximus de liberalitate Artaxerxis Longimani. Iosephus quoque aliorum regum meminit, qui liberaliter iudeos adiuuerunt, ut suppeterent sumptus annorum sacrificiorum.

Admonentur autem hic principes officij sui.

152 COMMENT. IN PRO

**Principes de
ent Eccle-
bas adiuuare,** ut ipsi quoq; pro facultatibus adiuuent laborantes Et clesias. Ac testatur hic locus prophetæ, qui hoc fa ciunt, hos diuinitus sic moueri. Quia enim dicit Do minus: Anathematizauit Domino opes eorum. Profe ctio diuinum opus est, quod Cyrus, Darius, & alij cal tum Dei adiuuant. Contra, quod hodie maxima pars Principum in facultates Ecclesijs donatas inuol uant, ijs ad ædificationes, ad stipendia latrunculi constituenda, & alias res profanas abutuntur. Hos quis dubitet à Satana regi & impelli? Cui utile est, aut uastas iacere parochias, aut à talibus admini strari, qui officium suum non intelligunt, atq; ido qualicunq; conditione contenti uiuunt.

COMENT
IN PROPHETAM MICHAM
CAPVT V.

NVnc accingere filia bellatrix. Te nemur enim obseSSI, & uirga per cutient maxillam iudicis Israël.

Magnia



AGNIFICE concionatus est propheta de ijs, que post captiuitatem euentura erant. Nunc redit ad prophetiam de incommodis, quæ priusquam hæc commoda contingent, euentura sint. Q. d. Dixi uos Dominos gentium fore, & captiuaturos eas, ut desertis idolis unum & uerum Deum uobiscum adorent. Sed priusquam hec fient, pugnandum uobis erit. Veniet enim hostis & obsidione cinget Hierosolymam, ac futurum est, ut index Israël percutiatur super maxillam, hoc est, contumeliose tractetur. Respuenda enim est sententia, quasi hic uaticinetur de Christo, cæso colaphis & militibus Pilati. Sicut Hieronymus & Lyra exponunt.

Hic iterum propheta tanquam calamitate captiuitatis consternatus, per transitionem, se uertit ad lætiorem concionem de regno Christi. Magnum, inquit, est, quod captiuitas erit occasio futura, ut gentes convertantur ab idolis ad uerum Deum, & facultatibus suis cultum ueri Dei adiuuent. Sed hoc diuine bonitati nondum satis est, cumulabit uos adhuc maioribus bonis. Ut enim certum signum habeatis Deum non deserturum uos, sed restituturum uobis patriam ue-

stram. Audite quid decreuerit. Illa contempta pars
ua Bethlehem, quæ respectu Hierosolymorum nihil
est, non peribit. Ex ea enim mihi nascetur dux mei po-
puli, qui erit dux in æternum.

Et tu Bethlehem Ephrata, et si par-
ua es inter milia Iuda, tamen ex te mili-
egredietur, qui sit Dominator Israël
cuius egressiones ab antiquo, & à die-
bus seculi.

Quod ad Grammaticam attinet, non difficit.
Zair. quod uocabulum (Zair) exponitur aduerbi aliter pro-
parum, ut conueniat sententia cum Euangelista, qui
dicit: Neutquam es minima inter principes Iuda. Erit
Math. 2. autem tum sic reddendus textus. Tu Bethlehem E-
phrata, parum est, ut sis inter millenos Iuda. Loqui-
tur enim phrasí Mosaica. Sicut enim Romani Centu-
rias habuerunt, in quas diuiserunt populum. Ita He-
brei diuiserunt in millenarios. Nec pugnat quod see-
ptuaginta uerterunt εὺ τὸς ἡγεμόνων inter prin-
cipes. Nam Hebrei quoq; (Alphe Iehuda) Principes mil-
lenarios, sicut latini centuriones à centurijs, uocant.

Sed neq; hoc ineptum est, si (Zair) accipias adle-
ctiuè. Non enim in eo uiolatur Euangelistæ autoritas,
qui septuaginta translationem, non Hebraicum tex-
tum sequi uoluit. Sicut quoq; cœteri Apostoli faciunt,

certo suo consilio per totum ferē nouum Testa-
mentum.

Habet autem Hebreus textus hoc in loco antithe-
sin, si respicias cogitationes captiuorum. Norant Hie-
rosolymam iacere uastatam & in cinere. Itaq; nihil
habebant, quod sperarent de reliqua terra. Nam re-
gnum Samariæ iam antea à gentibus occupatū erat.
Idem de regno Iuda cogebantur metuere. Sed prophe-
ta contra has cogitationes eos consolatur. Bethlehem ^{Bethlehem.}
inquit, est ignobilis uicus, si compares ad Ierusalem
& tamen non finam, ut aut pereat, aut à gentibus
occupetur. Manebit possessio populi, & manebit
tandiu, dum mihi ex ea nascatur, qui fit dux popu-
li mei.

Hec sententia etiam ualet ad typum Ecclesię,
Christus non nascitur Hierosolymis, sed in parua &
humili Bethlehem. Ad hunc modum Ecclesia uera, ^{Ecclesia uera}
non magnos titulos, non opes, non dignitates amplas
tenet (Non multi, inquit Paulus, secundum carnem no- ^{1. Cor. 1.}
biles aut sapientes uocati sunt. Stulta mundi elegit
Deus) sed potius contempta pauper, abiecta, imò cru-
ce & scandalis oppressa est, ut uerum esse statuamus
illud Christi: Regnum meum non est de hoc mundo.

Quod autem Christo tribuit nouum nomen, & uo-
cat (Moschel hel Israël) Id imitatus uidetur angelus ^{Christus de-}
^{minus.}

LUCAS

Lucæ 2. cum ad pastores dicit: Vobis natus est hodie Christus dominus. Et Apostoli quoque eadem ratione Christum ubique appellant Dominum, seu Dominatorem. Ipse enim est, qui solus dominatur morti peccato & Satanae, sicut Ioan. 8. concionatur. Liberi eritis, si filius uos liberauerit.

Particula sequens. Cuius egressiones ab antiquo præcipue notanda est. Sicut enim cætera, que sequuntur, officium Christi ostendunt. Ita haec particula perspicuum pingit, ut intelligamus de quali Domino loquuntur. Quod igitur ad sententiam attinet, cœnuit plane cum illo Ioannis. In principio erat uerbum. Item Ioan.

Ioan. 1. 8. Antequam Abraham esset, ego sum. Col. 1. 18. Ipse est primogenitus omnis creaturæ. Neque enim uocabulum (Mozaothaf) quod nos egressiones uertimus. Iudicemus ab eterno deprauandum est, quod significet ab eterno seu ab antiquo promissum. Substantiam et ipsum esse significat, quod extiterit à diebus seculi, antequam ipsius aut ulla alia creatura esset. Sicut Paulus ideo si-

Gal. 4. gnificanter dicit. In tempore natus de muliere, ut ostendat eum ante tempus fuisse. Item secundum carnem

Rom. 1. filius David, ut ostendat eum, antequam carnem hanc indueret, extitisse.

Hic igitur primum discernit hunc (Moschel) seu Dominum, non solum ab omnibus hominibus, sed etiam

PHE T A M M I C H A M . C A P . V . 157

ab angelis omnibus. Est enim tempus, quo neq; homo
nec angeli fuerūt, sed tum habuit ille Dominus eges-
siones suas, nec cœpit tum primum esse, cum in carno
cœpit esse.

Pertinet autem hoc ad stabiliendam fidem nos-
tram. Quis enim non stupescit ad illas maximas res,
quas Christum solo uerbo gesisse Euangelistæ com-
memorant? Homini igitur seu creaturæ ista impossi-
bilia sunt. Sed ei cuius exitus ab æterno est, non sunt
impossibilia. Huic enim (licet secundum carnem sit
creatura) omnis tamen creatura seruit, tanquam
Domino suo.

Pertinent autem hæc ad nos quoq; de uita nostra
descendos. Quia enim caput huius regni ætermum est,
debemus nos quoq; ad aeterna aspirare, non adhaerere
mundo, sed uiuere ac si essemus extra hunc mundum.
Sicut Paulus egregie adhortatur ad Colos. 3.
Christo confurrexitis, querite quæ sursum sunt. Hæc
conueniebant subditis huius regis: nam certum est, qui
studij mundi & temporalium rerum occupati sunt,
hos Christi seruos non esse.

Propterea dabit eos usque ad tem-
pus, quo parturiens pariet, & reliquæ
fratrum eius, reuertentur ad filios
Irael.

Fere

Fere ab omnibus exponitur hæc sententia de ^{spiritu}
 rituali partu, quod per euangelium in gentibus ab ^{spiritu}
 postolis prædicatum, pars sit Deo ecclesia nostra ex
 gentibus. Se nihil prohibet, quæm simplicissime intell
 ligere parturientē, beatam uirginem, quæ per spiritu
 Parturiens. sanctum concepit, & peperit Christum in hunc mun
 dum. Ostendit enim propheta emphasis, & significat
 singularem partum, cuius simile in mundo nihil neq
 fuerit nec futurum sit. Sicut Esaias quoq; cap. 7. eodē
 uocabulo utitur: concipiet uirgo & pariet filium, &
 uocabitur nomen eius Immanuel.

Sententia igitur est. Antequam scelis illa partu
 edatur, uarie affligetur populus per posteros Ale
 xandri, per Romanos, per Herodem. Sed hæc corpo
 ralia incommoda pensabuntur, cum ea, quæ partur,
 hoc est, ea, de cuius partu spiritus sanctus uaticinatur
 Reliquia frattim, &c. pepererit. Ibi enim fiet, ut etiam reliquæ fratrum eius
 hoc est, reliquæ decem tribuum Israël, reuertantur
 ad filios Israël, hoc est, ut amplectantur euangelium,
 credant ac saluentur. Hæc uidetur simplicissima &
 genuina sententia esse, quæ illam alteram includit de
 spirituali partu.

Dens prunū Admonet autem propheta hic tacite de ordine o
 affligit, post liberat. perū dei, quod scilicet prius affligere solet, quæm cōfo
 letur, prius sinit opprimi, quæm liberet. Ac qui calo
 mitata

militibus exercentur, ijs hac admonitione opus est, ut non solum non desperent, cum sentiunt incommoda. Sed tum se erigant ac certam spem concipient. Deum affutorum ac ostensurum, tum potentiam, tum bonitatem suam in summis periculis. Caro autem diuersa solet, bene sperat, cum omnia cadunt ex sententia. Contra, ubi paulo iniquior fortuna esse uidetur somniat iram Dei & interitum suum.

Ideò propheta populum suum clare admonet, futurum, ut priusquam illa promissio contingat, uariè affligantur, ne in afflictionibus desperent, quasi promissiones de Christo non sint implenda. Opus autem habet hæc natura tali ordine operum Dei, ne securi reddamur, ne inflemur successu, sed ut in timore Dei uiuamus, & exerceamus tū fidē tum iuocationē, etc.

Et stabit & pascet in fortitudine Domini, in magnificentia nominis Domini Dei sui, & habitabunt secure: Quoniam tunc magnificabitur usque ad fines terræ.

Hactenus personam pinxit. Nunc etiam de officio huius Domini docet. Ac initio dicit. Stabit, ut significet non otiosum fore, sicut qui soluti iacent & stent. Quid igitur faciet? Pascet. Hoc quid sit ex Pascere, vobis testamento facile intelligi potest, cum Christus

*stus dicit: Ego sum Pastor bonus. Itē Pascē oves meā.
Habet enim mirabilem similitudinem pastoris officiū, cum officio Christi.*

Pastoris officiū. Pastor duo agit, ut etiam supra ostendimus. Pascit & defendit. Sic Christus pascit per uerbum, cum docet Deum nobis fauere, peccata remittere, uitam aeternam donare uelle per filium. Defensio autem uerē mirabilis est, cum se obijcit Satanā, & sicut ipse dicit: ponit uitam suam pro ouibus suis.

Act. 2. Facit autem hoc in uirtute seu fortitudine Domini, hoc est, potentia diuina. Itaq; occisus Christus, uincit, uictus uincit, oppressus opprimit, captiuus captiuit. Non enim potuit teneri, sicut Petrus inquit, in doloribus mortis.

Nomen dei: Sed non solum in fortitudine Domini pascet, sed in magnifico & triumphali nomine Domini Dei sui. Mira profecto ratio, qua Dominus hic regnum suum administrat. Pascit in fortitudine Domini, & tamet non armis, sed simpliciter in nomine Dei sui uincit. Hoc uero illud est, quod in hoc regno summum est. Quid autem dicemus esse nomen Dei, quam uerbum eius, hoc enim est uerum pabulum, quod non Moses, sed Christus reuelauit, secundum sententiam: Deum nemo uidit unquam. Filius, qui in sinu patris est, enarrauit nobis. Est autem hoc nomen magnificum, hoc

PHE TAM MICHAM CAP V. 161

¶ triumphat & uincit, sicut Christus dicit: Portæ
inferorū non præualebunt, Et Esaias: Verbum autem Mat. 10
domini manet in æternum.

Etsi igitur admonemur periculi in eo, dum hic
rex nobis proponitur, quod sit pastor noster, Quis
enim non uidet, periculum, quod ouibus à lupis &
alijs feris est? Sic habet infirma hæc natura hostem
Satanam, qui circumuit, sicut leo rugiens, & est intensus in omnes 1.Pet. 5
occasiones nocendi. Tam autem nihil
præsidij in nobis contra hunc hostē est, ut ouis uidea-
tur multo esse tutior in medio luporū, quā nos sumus.

Quid igitur faciendum est, ne hostis uincat? Hoc
nimirum, Arripiendum est nomen domini. Hoc est,
fide apprehendendum est uerbum Christi, & sic uin-
cemus. Si urgent peccata. Audi Christum iubentem,
ut prædicetur in nomine suo poenitentia & remissio
peccatorum. Si impendet mors & terret, Christum
audi: Ego sum resurrectio & uita, qui in me credit,
non morietur in æternum. Terret te iudicium & ira
dei, Christum audi dicentem: Sic deus dilexit mundū,
ut misericordia eius unigenitum filium suum. Num igitur ab
eo metues, quem te tantopore audis diligere, ut fi-
lium det? Ad hunc modum pastor noster Christus
nobis prædit, pascens & seruans in nomine dei sui. Si
aut etiam in Ioanne loquitur cap. 17. Quando eram

In nomine
domini uin-
cimus omnia
pericula,

cum eis , ego seruabam eos in nomine tuo , quos de-
disti mihi , &c.

Ideò propheta quoq; hic addit: Et habitabunt (Ias
schebu) hoc est , securi sedebunt , Sicut Paulus quoq;
Rom. 5 . Iustificati fide pacem habebunt . Etsi enim
non solum nihil præsidij in nobis est , sed hostis quoq;
noster in eo uincit , quod cum accusat nos , nunquam
frustra accusat . Cogimur enim nos quoq; confiteri
peccata et corruptam extreme naturam nostram , tamen
men ideò securi habitamus , quia habemus talē passio-
rem , tanto studio , diligentia , et cura , deniq; tanta cum
potentia pascen̄e . Merito igitur & prophetæ tanto-
pere hoc regnum prædicant , & nos omnia postponis

Ioan. 6. mus uerbo , Sicut Petrus dicit : Domine quō ibimus ?
Tu uerba uitæ habes . Non enim mortis , non peccati
uictoria est , nisi in nomine dei , in quo ille pastor p̄-
scit , hoc est , in uerbo Christi , in quo solo acquiescunt
animi , sicut dicit : In me pacem habebitis . Item , inuenie-
tis requiem animabus uestris , &c.

Quia autem securitas tantum in nomine seu uer-
bo dei promittitur , sequitur quod , cum à uerbo discess-
seris , erunt omnia plena turbationibus & periculis ,
Sicut Christus dicit : In mundo pressuram habebitis ,
in me autem pacem . coniuncta enim hæc sunt , pax &
& secunditas in uerbo , quod fides apprehendit , &

PHETAM MICHAM. CAP. V. 163

pes retinet, Et in carne pericula, crux, peccatum, pa-
nores, etc. contra quae fides a^{ssiduo} pugnat in sanctis.

Quod additum est: Et ipse magnificabitur tunc
usq; ad fines terrae. Primo facit insignem antithesin
temporum legis & euangelij. Nam legis tempore Tempus le-
gis
magnificatus est dominus, tantum in suo populo &
intra iudeæ fines, tota reliqua gentilitas ignorabat
deum, non habebat uerbum, non cultum dei. Magni-
ficabat itaq; non uerum deum, sed idola sua, & impie-
tatem suam. Hoc inquit propheta, cessabit. Nam glo-
ria domini propagabitur in uniuersum mundum. Per
euangelium enim agnoscitur deus, Id euangelium di-
cit hic in totum orbem terrarum propagandum.

Ergo sequitur primum, gentes ad regnum Christi Gentium uoc-
atione ad euangeliū.
esse uocandas. Secundo sequitur hoc regnum, esse re-
gnum gratiae, nō meriti aut operum, Quomodo enim
alioqui ad id uocarentur gentes, non solum carentes
merito omni, sed etiam grauiissimis peccatis polluta^e? Regnū Chr
Atq; hoc est, quod Paulus dicit: Reuelari iusticiam
dei sine lege per fidem in Christum.

Sed quomodo magnificabitur? cum non solum
bot constet, ipsum Christum indignissimis modis à
suis esse tractatum, sed etiam eandem fortunam esse
omnium credentium: Omnes enim qui in Christo uolunt

pie uiuere, persecutionem patientur. Hoc autem non est magnificari. Magnificantur igitur uerius hostes Christi & euangelij, Christus autem & euangelium eius, blasphemantur, damnantur, suppliciis subisciuntur.

Regnū Christi
nisi et in mundo
sit con-
temptum, ita
men est ma-
gnificum.

Respondeo, Nota est sententia Christi, regnum meum non est de hoc mundo. Ergo sequitur magnificentiam huius regni altam esse, quam quæ sit regnum mundi. In mundo magnificentia uocatur, quæ est in opibus, dignitate, potentia, &c. Sed Christi regnum habet aliam magnificentiam: nempe quæ non est unius loci, aut temporis, sed ubiq; & semper. Nec fuit ulla tanta potencia in mundo, que euangeli non sit coacta locum dare, Secundum psalmum. Non sunt loquela, neq; sermones, ubi non audiatur uox eorum. In omnem enim terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ uerba eorum.

**Verbum sine
fructu non
doceatur.**

Porrò sicut pluua nunquam abit sine fructu, præser tim si agri sitiant. Ita perpetua haec uerbi fortuna est, ut nunquam sine fructu doceatur. Hi autem qui uerbum fide accipiunt apud hos etiam magnificatur dominus, Malunt enim opes, uitam, & totum hunc mun dum, sibi perire, quam ut Christum negent, aut sibi eripi sinant. Notæ sunt Pauli uoces, notæ prophetarum conciones, quibus huius regni bona ornant et prædis cant.

Sed illa

Sed, inquies, non omnes credunt, maior pars impia est, blasphemat euangelium & persequitur, ubi igitur est magnificentia quam praedicas? Hic uero magnificentia haec maxime conspicua est, Nulla enim tanta potentia est, que non cogatur cedere huic regno. Manifeste sunt opes, potentia, & furor mundi Sed siue considera et apparebit uerbum domini manere in eternum, & esse tanquam petram, in quam si quis cadat, alliditur, Super quem autem ceciderit, contetur. Sicut Daniel quoque uaticinatur cap. 1. Nam last Dan. 2. pidem de celo sine manibus hominum, calentem, & conterentem aurum, argentum, & ferrum & lumen, dicit esse regnum Christi, quod omnia mundi regna contritum sit.

Cepit autem haec magnificientia statim tum, cum promissum est semen contritum caput serpentis. Nam ab eo die, quicquid se Christo & uerbo dei operposuit, periret. Sic paulatim una monarchia post altam extincta est. Ac fiet tandem, ut illae misere reliquie, quas Daniel pedibus, ex terra, are & ferro mixtis Dan. 2. comparat, penitus per regem nostrum Christum conterantur.

Ante hanc uniuersalem contritionem, fiunt illae particulares contritiones furiosorum principum, quos longa pax, opes, & fortuna dementat. Sicut uidimus

corruisse aliquos, qui soli putabant se ad doctrinam nostram delendam sufficiuros esse. Sed sicut

Psalm. 48. Psalmus dicit de Ierusalem. Viderunt eam reges, & transferunt, Ita perierunt hostes ecclesiae, et peribunt, ecclesia autem seruabitur. Hanc magnificentiam domini in toto orbe terrarum, in fidelibus, & etiam in hostibus euangelij propheta prædicat hoc in loco.

Et hic erit pax: Assur cum ueniet in terram nostram, & cum conculcabit palatia nostra, tum suscitabimus contra eum septem pastores & octo ex plebe constitutos, & depascent terram Assur gladio, & terram Nimrod lanceis suis, Et fiet liberatio ab Assur, quando ueniet in terram nostram, & quando conculcabit confinia nostra.

Non necesse est, ut pronomen masculinum uertamus in neutrum. Si enim de Christo intelligas, quod iste sit pax, est eadem sententia, quæ in euangelio est. In me habebitis pacem, sed non quam mundus dat.

Hæc enim pax est, quod scimus nobis peccata nostra

Pax quam condonata, & nos à morte æterna liberatos esse, Christus iac. gitur per hunc regem Christum. Hæc pax mitigat molestias, pericula, turbas, & incommoda omnia carnis.

Quod ad reliqua in textu attinet, Assyria nota est. Terra

est. Terra autem Nimrod est regnum Babylonii. Hæc enim duo regna plurimum Iudeis nocuerunt. Salmas
Terra Ni-
næsser Assyrius abduxit decem tribus Israël. Nebucad rod.
Nezar Babylonius abduxit tribum Iudam.

Etsi autem Lyra & alij, hæc ad historiam refe-
runt. Quod tum Assyriorum tum Babyloniorum po-
tentia ad Medos & Persas translata sit. Tamen cum
etiam sequentia de regno Christi necessario intellige-
re cogamur, cur faceremus hic non necessariam tran-
sitionem? Sentio igitur per Assyrios & Babylonios Hostes ecclœ
in genere intelligi hostes, quos ecclesia omnibus tem- fice.
poribus habuit. Sicut enim populus Israël hosce hostes
passus est, ita etiam ecclesia patitur suos hostes.

Contra hos promittit futurum, ut suscitentur septē Pastores, & octo Principes ex plebe, hoc est, magna copia Doctorum. Est enim hec Hebraica phrasis, qua magna copia & magnus numerus significatur. Sicut etiam Ecclesiaste u. Salomo loquitur. Da para- tes septem & octo, hoc est, da liberaliter, non parce. Ita hic dicit: Habebit ecclesia magnam copiam euangelistarum, qui inter gentes docebunt, & aut humiliabunt eos, ut obedient prædicationi euangeli, aut exuerint eos. Non armis (Nam sunt pastores tantum, & constituti homines, non milites) sed tantum verbo; Necesse est enim perire armis, qui uerbo re-

sistunt, sicut supra quoq; diximus.

Nasach. Vocabulum(nesiche)Est à(nasach) quod significat constituere in principem, ordinare, &c. ideo fecimus constitutos, ut significantur apostoli, ex infinito genere hominum delecti, ad docendum & gubernandum mundum uerbo. Eodem uerbo utitur David Psalm. 2. Ego autem(nasachi)constitui regem meum. Habet enim uocabulum peculiarem uim, ut ostendat ministerij demandationem.

Et erunt reliquiae Iacob in medio populorum multorum, sicut nos à Dominio, sicut pluvia super herbam, qua non expectat uirum, nec sperat in filios hominum.

Est eadem sententia cum superioribus, quanquam figuræ sunt aliæ. Dixit de septem pastoribus & octo principibus uastaturis per Euangelium Assur et Nimrod, hoc est, omnes Ecclesiæ hostes.

Hic alia similitudine utitur, qua tum dignitatem, tum etiam fructus ministerij in nouo testamento ostendit. Comparat enim reliquias Iacob inter gentes, hoc est, apostolos & eorum in ministerio successores, ratione celesti & pluuiæ. Hoc primum ad dignitatem ministerij referri debet. Est enim Euangelium celeste dum, omnia alia dona longe antecellens. Sicut Baptista dicit:

dicit: Deum nemo uidit unquam. Filius qui in sinu patris est, enarrauit nobis. Merito igitur omnibus rebus debet anteferri.

Deinde referri etiam similitudo debet ad fructus huius ministerij. Sicut enim rore cœlesti & pluia regnatur terra, uirescunt & augentur omnia. Ita certus fructus sequitur uerbum. Sicut in hanc sentiam hoc ipsa similitudine quoq; Esaias utitur. Fructus auctoritatis huius cœlestis domi sunt, spiritus sanctus, qui per uerbum Euangeliū descendit in corda hominum, & excitat in eis fidem. Per fidem autem accipitur remissio peccatorum & uita æterna. Sicut Christus dicit:

Qui credit in me, non morietur in æternum.

Porrò spiritus sanctus non est otiosus in cordibus credentium. Pugnat enim contra carnem, mortificando carnem & eius desideria, & excitat ad obedientiam erga Deum. Hec autem cum nunquam possit esse in hac carnis imbecillitate perfecta, corda per spiritum sanctum, & contra imbecillitatem hanc, & alias peccata, quotidie se erigunt fide, hoc est, fiducia misericordiae per Christum exhibite.

Sicut autem propheta dicit: Herbam, quæ rori cœlesti & fœcunda pluia reficitur, non expectare uirum, nec habere fiduciam in homine (Non enim hominis, sed Dei & uerè cœlestia dona sunt ros &

Ros & plu
via.

Studia mona
chorum.

Matth. 15

Ita frustra queruntur hi fructus exercitijs, flui-
dio & operibus hominum. Una ratio perueniendi ad
eos est, attendere uerbo, & ei obedire. Nota sunt flu-
dia monachorum in Papatu, quibus homines simplis
ces credebant se ad hos fructus posse peruenire. Sed
frustra tentata omnia sunt. Hoc enim erat, quod pro-
pheta hic dicit: Expectare uirum, & spem habere in
homine. Et Christus: Frustra colunt me mandatis ha-
minum. Rore de celo & pluia coelesti opus est, hoc
est, bonis & pijs ministris, qui uerbum Christi pur-
doceant.

Insignem itaq; commendationem ministerij prez-
sens locus habet. Sed meminerimus spiritum sanctum
ministrorum uerbi, ad hunc modum de uerbo & uerbi ministris loqui.
Hic solus eos ornat pulcherrimis his appellatiomibus
ut uocet eos rorem à Domino, & pluiam. Mundus
uerò aliud iudicium est. Nam Papam & totam anti-
christi Ecclesiam uide. Hec pios Doctores compa-
rat ueneno ex inferno immisso in mundum. Doctri-
nam tanquam nocentissimam pestem damnat & exe-
cratur. Hinc anathemata, persecutions, & tot sup-
plicia existunt piorum. Necessarium itaq; est, ut nos
contra illa mundi iudicia confirmemus, & gratule-
mur nobis hoc spiritus sancti elogium, qui pios Euana-
gelij ministros comparat rori coelesti et foecunde plu-
via.

tie. Huius unius iudicium anteferamus toti mundo.

Et erunt reliquiae Iacob in gentibus
in medio populorum multorum, sicut
leo inter animalia syluae, sicut catulus
leonis inter greges oviuum, qui post-
quam in eas irruit: conculcat & arripit
nec est qui eripere possit.

Hæc alia similitudo est, quæ etiam pertinet ad mi-
nisterij commendationem. Est quidem hoc ministe-
rium totum comparatum ad sanandum, sicut Christus
dicit: Venit filius hominis, ut ministraret alijs, & da-
ret animam suam precium pro multis. Recte itaq; mi-
nistri Euangelij comparantur placide & fœcundæ
pluiae. Quid igitur, inquires, prophetæ in mentem uel-
nit, quod reliquias Iacob comparat leoni grassanti in
sylva inter feras, & catulo leonis ferocienti propter
statem, et imbellies oues immaniter prosternenti. Hæc
an non inter se contraria sunt?

Ita sane. Sed etiam contraria obiecta sunt uerbi.
Qui enim uerbum fide accipiunt, his uerè est cœlestis
ros & pluia, sicut Christus dicit: Venite ad me om- Matth. 24
nes, qui laboratis & onerati estis. Ego reficiam uos.
Sed qui uerbo se opponunt, id non solum fide non acci-
piunt, sed persequuntur & extinctum uolunt. Sicut im-
pia synagoga, sicut regnum Romanum fecit. His
uerbum

uerbum & totum ministerium fit Leo rapiens, &
dissipans.

Verbum dū
persequuntur impi. i.e. Christi Matth. 16. Super hanc Petram ædificabo Ecclesiam meam. Et portæ inferorum non præualebitur.

spios euertunt.
Ante oculos exempla sunt. Synagoga tota uisus opponit Apostolis, sed Apostoli seruantur. Synagoga funditus euertitur.

Romana uia.
Batio. Sed inquies, Romani euenterunt eam, hi fuerunt ille Leo rapiens & conculcans, non Apostoli. Sed illi Christum audi: Non manebit, inquit Luke 19. lapis super lapidem. Quia non cognouisti tempus uisitationis tue. Nonne igitur hoc ipso ministerio euangelij quo credentes saluati sunt. Synagoga funditus euersa est? Similis euentus omnes euangelij hostes ab initio predicati euangelij, secutus est.

Pertinet igitur hec similitudo ad consolandam eccliam in mundo, tanquam nauim in uasto pelago, et seuiSSima tempestate, iactatam. Non enim otiosus est **Satanæ doni.** Satan, nouit quos fructus hec secundissima pluia afferat. Itaque aut pluiam, quod tamen non potest prohibere, aut segetem strangulare conatur. Armat homines potentia, opibus, sapientia, dignitate, ac impellit ut his donis ad opprimentum uerbum utantur. Contra, ecclesia ferè his donis deslita est, iacet enim tan-

Ecclesia con-

tempti.

guis

Quām pauper Lazarus ante aedes diuitis, in summa contemptu, odio, miseria, in summis periculis & calamitatibus. Hęc cum estimant pīj, suo, hoc est, humano iudicio, iudicant ecclesiam perituram. Quomodo enim una tot hostibus. Mundo & Dæmonibus par esse potest?

Sed propheta consolatur nos, futurum, ut ecclesia uincat, sicut Leo, inter reliquias feras, & sicut catulus Leonis inter oves. Paratur uictoria hęc non hu-
mano modo, ibi enim uincit, qui uiribus potior est, &
aduersarium profligit, ecclesia autem dum uincitur
uincit, non armis aut humana ui, sed in magnificen-
tia nominis Dei sui, hoc est, in uerbo, quod omni-
potens est & manet in aeternum, sicut propheta
hic concludit.

Extolleetur manus tua super omnes
qui tribulant te, & omnes inimici tui
exterminabuntur.

Vides clare ecclesiam triumphantem sic esse in
mundo, ut tribuletur, ut inimicos, eosq; multos habeat. Quid igitur stulti satagimus, ut ecclesia nullos hostes
habeat, & ubiq; constituatur concordia? Tolera-
bile autem esset, si tantum hostes haberet ecclesia, &
non hostes etiam essent tribulatores, uarie exercentes
ecclesiam. Ferre itaque oportet tribulationes &
angue

*Victoria ec-
clesiae*

*Ecclesia
quantumvis
affida, triun-
pia*

angustias, & tamen speranda simul est uictoria, spe-
randa est hostium uerbi, non ruina solum, sed ex-
terminatio.

Ratio iudicat, imminere exitium ijs, qui cum por-
tentiore hoste manus conserunt. Sed spiritus sanctus
illam unam ex certissimam exitij ineuitabilis uia esse
dicit, si sis inter hostes ecclesie. Quid igitur commo-
uemur, cum uidemus reges & principes conspirare in
ecclesie perniciem? Quid eis mala imprecamur?
An non enim commiseratione digni sunt, qui ipsi suo
gladio se confodunt? ecclesie enim nocere non pos-
sunt. Et habent hic definitam sententiam, futurum ut
exterminentur. Tanto maior debebat uerbi reuerentia
& studium esse in regibus & Principibus, qui tamen
ferè hoc coniunctis uiribus agunt, ut Euangelium
nusquam possit libere prædicari. Itaque certa uasti-
tas Germanie impendet. Da pacem Domine in die-
bus nostris, Amen.

Et erit in die illa dicit Dominus, ex-
terminabo equos tuos de medio tui,
& perdam quadrigas tuas. Et extermi-
nabo ciuitates de terra tua, et destruam
munitiones tuas.

Supra posuit propheta generalem prophetiam, fu-
turum ut omnes ecclesie & uerbi hostes exterminen-
tur.

PHE^TAM MICHAM CAP. VI. 179

ur. Iam addit speciali m prophetiam de iudeis & Sy
nagogas, quod penitus uastanda sit, quia euangelio se
opponat. Etsi igitur Romani suas politicas rationes
babuerunt, cur obſiderent & expugnarent Hieroſo-
lymam. Tamen uera & unica eius calamitatis cauſa
fuit, quod Synagoga Apostolis & euangelio se oppo-
ſuit. Sicut Christus quoq; dicit. Non relinquet lapis
super lapidem. Quia non cognouisti tempus uisitationis
nisi tue, hoc est, quia non credidisti euangelio. Per Ro-
manos igitur equi perditii, & quadrigae fractae ſunt,
hoc est, regnum & omnis huius populi potentia
fracta est.

Sicut autem haec in populo Iudaico ceperunt, ita
poſtea uſq; in hunc diem etiam in gentibus faciūm eſt.
Ubiq; enim uerbum prædicatum & non acceptum
eſt, ibi certa ſecuta eſt uafitas. Exemplo eſt regnum
Romanum, poſtea tota ferē Asia, Porrō Græcia,
Thracie, & conſinuum gentium, quibus nunc imma-
nes Turci dominantur, calamitas ante oculos eſt.

Necessaria itaq; haec cohortatio eſt, ubiq; ea
euangelium prædicatur, ut id cum reuerētia accipiant
& amplectantur omnes. Videmus autem non uoluiffe
Deum, ut euangelium per angelos prædicaretur. Ho-
mines ſunt quibus eam functionem demandat.
Sicut autem his ſerio interdictum eſt, ne ministerio
abutam-

Vafitas Sy
nagogas, &c

abutantur ad potentiam & opes parandas. Ita iesi-
sim mandatum est ecclesie, ut hos ministros uerbi in
honore habeat, liberaliter alat & reuereatur. Atq;
hanc ob causam tam magnifice prædicat scriptura mi-

Ministerium uerbi. Quām speciosi sunt pedes inquit cop.

52. Esaias, annunciantum pacem. Micha noster ele-
ganissima figura comparat eos rori cœlesti & se-
cundæ pluviæ. Alicubi angeli appellantur. His com-
mendationibus spiritus sanctus certo cōsilio uitetur, ut
nos quoq; ad reuerentiam ministrorum uerbi excite.

Et extant exempla quoq; ubi deus poenas graui-
mas exegit à contemptoribus ministrorum uerbi. T. 2.

Contemptū ceo diluuium, Sodomorum interitum, terram Core &
ministrorum puniūt Deus. socijs debiscen tem. Eliseus cum à pueris ridetur, ur-
ueniunt & quadraginta duos perdunt. Atqui hi calu-
ciem tantum seni exprobrabant, & merebatur exca-
fationem etas. Quanto grauius puniet Deus contem-
ptum ministerij in adultis, qui hoc modo se suis scie-
ribus patrocinari posse credunt, si in contemptum
confictis criminibus ministerium adducant. Iudei ua-
rie exercebant Apostolos, cedebant eos uirgis, inter-
minabantur eis, coniiciebant in uincula, occidebant.
Hac tyrannide autem efficerunt, sicut propheta hic
dicit, ut & equos & quadrigas perderent, ut & mu-
nitiones & ciuitates uastarentur.

Exter

PHETAM MICHAM. CAP. V. 177

Exterminabo incantatores de-
nu tua, & diuinatores non erunt a-
pud te.

Sicut regno seu politiae minatus est usitatem, Ita
quoqp hic minatur sacerdotio, quod certam ob cau-
sam comparat augurijs & diuinationibus, sicut post
dicemus: Porro habent Ebræi multa diuinorum no-
mina, quæ ferme omnia congesit Mose Deutero. 18. Diuinorum
nomina.
Hoc in loco positum est (Kescaphim) quod ferè red-
ditur nomine incantoris: significat enim eos, qui ma-
leficis seu magia utuntur. Alterum uocabulum est
(Myonenim) quo significantur diuinatores, qui uel
ex augurijs diuinant, uel astrologicas obseruationes
sequuntur.

Sed quæ est similitudo horum cum sacerdotio? Cur proph-
ta sacerdos-
tate incan-
Nam etiam reliquis prophetis usitatum est, compara-
re impios doctores, incantatoribus. Huiusmodi loca
ferè omnia respiciunt ad concionem Samuëlis, quam
habuit ad Saulem. 1. Sam. 15. ubi dicit: Quoniam uelut
peccatum magie, ita etiam est rebellio, et inobedien-
tia est sicut idolatria.

Magia est manifesta discessio à deo, Nam fiducia
auxiliij, quod solum à deo expectandum erat, transfer-
tur ad creaturas et ad dei aduersariū, Satanam. Cum
hoc peccato comparat propheta hoc in loco sacerdo-
Magias

tium Iudaicum, Quia enim mandatum de celo est,
hunc audite, sacerdotes autem nolunt audire, & evan-
gelium persequuntur, iudicat deus omnia eorum
crifcia, omnes cultus, orationes, & studia tanquam
abominabilem magiam & disceſſionem à deo. Melius
enim est, ſicut Samuēl dicit: obedire quam sacrificare
& auſcultare, quam adipem arietum offerre.

Ad hunc modum aduersarij nostri extreme odes
runt euangelium, id tanquam hæresin dannant &
abolere nituntur. Vrgent autem interim, uota, muſſas
ieiunia, peregrinationes & alias nugas. Sed recte com-
paramus hec magiae, quod deus tam abominetur iſta
omnia studia, quam magiam abominatur, in qua ma-
nifesta eſi impietas, et disceſſio à deo. Nam ſummū dei
cultum, nempe, obedientia erga uerbum, abiiciunt,
& interim putant ſe ſuis traditionibus sanctos eſſe.

Ergo & politia & ſacerdotium Iudaicum ua-
ſtatum & abolitum eſt, quia Iudei legem pertinac-
ter retinuerunt, & euangelium aspernati, ac hoſtili
odio ſunt proſecuti.

Et exterminabo ſculptilia tua & ſta-
tuas tuas ē medio tui, & non adorabis
amplius opus manuum tuarum. Ete-
uellam lucos tuos de medio tui, & de-
lebo ciuitates tuas.

Similis

Similis locus est supra 2. cap. Dixi autem eo in loco
bas minas eò pertinere, ut intelligat populus illum
idolorum cultum non solum frustra esse, sed etiam
deum summe offendere. Quid enim attinet, minari
lapidibus & lignis? Cum igitur dicit, hec peritura,
docet homines, ne quam in eorum cultu spem ponant,
sed ut ex poena colligant & discant, deum grauiter
offensum esse ista idolatria.

Disputatum autem supra est, quæ imagines tolenda, & quæ tollende sint. Nam & propheta hic idem diserte ostendit, cum dicit: Non adorabis opus manuum tuarum. Adoratio igitur & cultus damnatur, imagines non simpliciter damnantur, si modo uera & non scandalosæ sint: Nam scandali quoq; ratio habenda est. Sicut Ezechias fecit, qui æneū ser-
peniem confregit postquā ei incensa siebant 2. Re. 18

Ostendit autem textus non obscure, inuitu po-
pulo & sacerdotibus pium regem id fecisse, Ideo e-
nimi additur: Sperabat rex in domino deo Israël. Et
serpentem uocabat (Nehustan) hoc est, & s. norat enim
et si deo deo mandante erat factus, non tamen esse fa-
ctu ad adorationē, sed ut qui leſi erant à serpentibus
sanarentur. Extra hunc usum, inquit, & s. est & s. Itaq;
impietas fuit, fieri ei diuinos honores, et optimo con-
ſilio ab Ezechia est fractus et cōtritus. Ad hunc modū

Idolatria
cultus, &c.

pius magistratus ubiq; que scandalosa sunt, debet ab ijcere, ne posteris aliquando ex illis Pape reliquis noua enascantur incommoda.

Et faciam in furore & indignatione ultionem gentium, quæ non audiunt.

Insignis hæc est sententia, quæ inuoluit ultimum iudicium. Sicut enim Iudeis exitio fuit, quod se opposuerunt euangelio, ita quoq; reliquis gentibus idem accidet, donec tandem in nouissimo die generalis ultio exercebitur in omnes qui euangelio non obediuerunt.

Imprimis autem obseruandum est, quod nullius peccati meminit, quam quod non audierunt. Fit autem hoc ideo, quia mandatum de cœlo est, hunc audite. Huic mandato qui non obtemporant, sibi ipſis exitio sunt.

Hæc est illa insignis prophetia de regno Christi, in qua primo loco ipsum regem describit, quod sit deus. Item officium eius, quod pascet in magnificentia nominis dei sui. Tertio etiam ministerij euangelij uim & dignitatem ostendit. Ac uaticinatur tandem, quod siue Iudei, siue gentes huic doctrinæ non obedientes sint perituri. Huius comminationis meminisse debemus, et cum omni reverentia uerbum amplecti. Nunc sequitur alia concio.

COM MEN-

COMMENTARIUS

IN PROPHETAM MICHAM

CAP. VI.



Oc caput habet insignem concionem pœnitentiæ, Initio enim nim cōmemorat beneficia, quæ deus huic populo multa & magna concessit. Quia autem non reddiderunt parem gratiā con-

Summa sexti
capituli.

ditori suo, obiurgat eos, & damnat ingratitudinem.

Hoc peccatum cum negare non posset populus, uertitur ad usitata studia, & querit præsidium contra iram dei in sacrificijs & alijs legalibus. Sed deus aliam rationem, qua placari possit & uelit, ostendit. Itaq; hic locus insignem doctrinam, & egregiam antithesis uerorum & falorum cultuum ostendit. Postrema pars est communatio, Quia enim ueros cultus docenti, non obsequuntur, sed pergunto in peccatis suis, minatur uastitatem. Hic enim inobedientiæ seu peccati finis est.

Audite obsecro ea quæ Dominus dicit.

Hec est usitata prophetis præfatio, qua uti solent, non solum ut sibi autoritatem & fidem concilient,

cilient, sed magis ut populum moneant, ne in horribile illud peccatum ruat, scilicet in contemptum dei
 Contempnū: & uerbi eius. Nam hoc homines plerūq; solent,
 Dei &c uert: eius. pr̄sertim cum audiunt de ira dei, ut credant mitius
 secum actumiri. Itaq; etiam in ipsis peccatis spēn-
 ueniae sibi fingunt, & aut rident prophetarum mi-
 nias, aut negligunt tanquam hominum cōmenta. Huic
 malo propheta hic mederi uult, cum dicit: dominum
 esse audiendum, non se, dominum dicere: non se.

Surge, obiurga montes, & colles atri-
 diant uocem tuam.

Hieronymi ineptias omittamus, qui montes &
 colles interpretatur angelos. Hi enim quia sunt admis-
 tratorij spiritus, si, inquit, non fecerunt uoluntatem
 domini (nam in Apocalypsi ecclesiarum angeli ac-
 cusantur) recte accusantur. Contra, si fecerunt, culpa
 incumbit populo. Postea suo more querit alia senten-
 tiam & que ineptam. Vel, inquit, montes & fundamen-
 ta terrae, sunt Abraham, Isac, Jacob. Hæc à prophete
 sententia alienissima sunt.

Veniam autem merebatur, si hoc uno in loco
 hæc figura esset. Sed cum paſsim in prophetis, mon-
 tes, col-
 tiū & collium appellatione ueniant principes, &
 qui ratione officij super reliquam multitudinem emi-
 nent, quid opus fuit tam absurdā fingere? Pr̄sertim
 . cum

PHE TAM MICHAM. CAP. VI. 183.

cum propheta ipse, sine figura dicat quid uelit, cum
subiicit: Dominus litigabit cum populo suo, & conten-
det cum Israël. Recte enim hic populus comparatur
montibus propter insignia dona quibus excelluit o-
mnes populos terræ. Sicut Psalmus dicit. Non fecit ta-
liter omni nationi. Deinde in ipso populo sancto, col-
les & montes sunt, Reges & principes. Hi enim emi-
nent super reliquum populum. Sicut etiam in ecclesia,
colles & montes sunt sacerdotes & prophetæ.

Montes
Colles.

Quod autem Dominus iubet, ut cum populo san-
cto contendat, & ut principes in utroq; regno obiur-
get, ob male administratum officium. Id dupliciter pe-
riculosum est. Nam qui in imperio sunt, & omnium
minime patiuntur se reprehendi, & omnium maxime
nocere possunt. Itaq; hæc ipsa concio, non odium so-
lum, sed pericula quoq; certa Prophetæ concitauit.

Audiuit enim sine dubio, que nos hodie, cum uitia-
principum notamus. Diminui hoc modo autoritatem
Magistratus, ab alienari animos subditorum à Magi-
stratu, & tanquam semina seditionum talibus con-
cionibus in uulgas spargi. In genere notanda ui-
tia, non diserte Magistratus incessendos esse. Id
enim non solum nihil edificare, sed etiam nocere
posse. Quidam etiam hoc addunt. Affectare hoc
modo Concionatores uiam ad gubernacula rerum-

Propheta
Magistratu
s utria libe
reprehendam

publicarum, &c. Ac tyranni non solent ad hunc modum rationibus se tueri, sed ut in prophetas grassantur.

3. Reg. 22, tur. Sicut alterius Michæ, Jeremiæ & aliorum exempla testantur.

Sed prophetam nihil horum mouet, non parcit dignitati montium, non mouetur suo periculo. Mandatum Domini respicit, huic statui parendum esse, etiam si mille seditiones inde orirentur.

*Seditiones
pene pecca-
torum* Sed frustra nobis seditiones obiciunt, sunt haec semper per paenæ peccatorum, non ministerij dextre admis-
trati. Igitur qui seditiones cauere aut prohibere
uolunt, non hoc agant, ut hi, quibus docendi munus
mandatum est, peccata magistratum dissimulent.
Hac enim uia prouocatur Dominus ad faciendam ual-
tionem. Peccata igitur sinant reprehendi libere, id
enim mandatum Dei est, ipsi autem desinant. Nam
*Magistratus
admonendus
officii.* cum magistratui ideo sit gladius diuinitus traditus,
ut facinorosos coherceat. Impeditur eius officium,
cum ipse ijs peccatis obnoxius est, que in subditis puni-
nire debebat. Quomodo enim adulterium punire au-
det, qui ipse adulterij sui passim multos testes habet?
Satis autem testantur sacra literæ, si magistratus in
puniendis facinorosis non satis aut diligens, aut seue-
rus sit, Deum prouocari ad publicas paenæ infilgan-
das. Vbi contra gladius Pinehas in scortatorem scriba-

flus, mitigat iram Dei & cessare facit publicam plā-
gam. Sicut etiam Psalm. 106. testatur. Accessit Pine-
has & placauit, & cessauit plaga. Hęc primum ma-
gna causa est, cur magistratus diserte admonendus
sit officijs, & reprehendendus sicuti peccat.

Deinde etiam hoc considerari debet, quod magis-
tratus exemplo, quasi inuitati subditi, putant se tuto
peccare posse. Quę enim uident in magistratu, sine
periculo se imitari posse putant. Recte igitur prophē-
ta facit, qui non dissimulat gubernatorum uitia, sed ea
ratione ministerij sui liberē reprehendit. Ac debent
exemplum eius sequi omnes, qui Ecclesias uerē doce-
re uolunt.

Audite montes iudicium Domini,
& fortia fundamenta terrae. Quoniam
contendit Dominus cum populo suo,
& arguet Israēl.

Fundamenta terrae uocat idem quod montes. Si= Fundamenta
cūt Psalmus 47. pari ratione uocat scuta terrae. Nisi
enim essent magistratus & leges, non posset in tanta
hominum improbitate consistere pax, necessaria ad
alendos, educandos, docendos liberos, tum in religio-
ne, tum in oeconomia.

Singularis autem emphasis est in uocabulis. Cum
populo suo, & cum Israēl. Q. d. Hos ex mandato

Pinehas.

Gubernatio
ra uita non
dissimulanda

Dei reprehendere & damnare cogor, qui sunt populus Dei, qui præsumunt de iusticia, & se sanctos ac Deo dilectos esse iactant. Nunc sequitur obiurgatio prima facie leuiſima. Sed quanto minus probare populus suam ingratitudinem potest, tanto uehementius accusantur, & coguntur ipſi ſe damnare.

Popule meus quid feci tibi, aut ubi molestus tibi fui, responde mihi. Nam eduxi te de terra Aegypti, & de domo graui seruitutis redemi te, Et mihi ante faciem tuam Mosen, Aaron & Miriam.

Popule meus, recordare quæſo, quale cōſilium fuerit Balac regis Moab, & quid responderit ei Bileam filius Peor, a Sittim uſq; ad Gilgal, ut diſceres Dominum esse beneficium.

Summa eſt, Dominus omni genere beneficiorum cumulauit uos, tanto ueſtrum peccatum maius eſt, quod ſic uiuitis, ac ſi eſſet hostis & summus inimicus uſter, ac ſi omnia hostilia in uos tentaſſet.

Commemorat autem tria beneficia. Primum, Tria beneficia populo exhibita, quod à uiolentia tyranni eos liberauerit, & ſibi aſſeruerit in populum. Sicut in primo precepto quoq; eſt Ego

Ego sum Deus tuus, qui eduxi te de terra Aegypti.
 Secundum, quod dederit Mosen ductorem & re-
 gorem. Aaron sacerdotem, & Miriam prophe-
 tissam. Videmus autem hoc in loco, quod Deus sum= ^{Pius magi-}
 mi beneficij loco commemorat pium magistratum,
 tum in republica, tum Ecclesia. Pluris igitur esti-
 matur in conspectu Dei, tum Mose, tum Aaron,
 quam increduli Iudei eos estimabant, qui etiam lapi-
 dibus eos non semel conabantur obruere.

Tertium est, cum Balac conduxisset prophetam ^{Bileam con-}
 Bileam, ut malediceret populo, coëgit eum Dominus
 ut benediceret ei. Hoc enim potissimum hoc in loco
 propheta prædicat. Quod autem commemorat de
 toto itinere de Sittim usq; ad Gilgal, includit simul
 miraculum de populo, sicco pede transeunte per Ior-
 danem. Omnia hæc, inquit, eò tendunt, ut discas
 Deum esse beneficium. Est enim hic uocabulum (Zida-
 kos) quod, sicut in concione Danielis, non iusticiam,
 sed potius beneficentiam significat.

Hæc cum ad Iudeos pertineant, Hieronymus alle-
 goriam affert, ne scilicet hæc propheta concio sine
 omni fructu à nobis legeretur. Sed nos aliam simili-
 tudinem, eamq; maiorum beneficiorum habemus, que Pharaonem no-
 nos ad poenitentiam debebat extimulare. Habui-
 mus nostrum Pharaonem & Aegyptum nostram:

tyrannos

tyrannidem scilicet satanae et mortis propter peccatum. Sumus autem ex hac captiuitate liberati, per sanctum filium Dei. Hoc ingens beneficium est et longe preclarior liberatio, quam illa Aegyptiaca. Nec deest nobis Moses noster. Aaron, et Miriam. Habemus enim Dei beneficio bonos et pios Doctores uerbi. Sicut Paulus quoque hoc beneficium magnifice praedicat, cum dicit: Dona ascensionis Christi esse, quod alij in ecclesia sunt, prophete, alij Apostoli, alij euangeliste, alij doctores et pastores.

Similitudo
temporis no-
strum testamenti.

Ephes. 4.

Bileam con-
ducens a Ba-
lac ad male-
dicendum Is-
rael.

Quod autem Balac, conducebat prophetam Bileam, ad maledicendum populo, id an non belle cum eo conuenit. Quod impij principes coniungunt se cum Pontificibus ut maledicant et malefaciant uerae ecclesie? Sed dominus uertit ipsorum maledictiones in benedictionem. Nam quicquid hactenus contra sanam doctrinam machinati sunt, id omne Deus eò conuerterit, ut et gloria uerbi amplificaretur, et tum doli tum impietas aduersariæ partis, magis pateficeret.

Decebat itaque nos in tanta multitudine beneficiorum Dei, non ingratis esse, sed testari obedientiam et gratitudinem nostram, sancta uita. Decebat nos sugere et detestari scandala. Sed quia hoc non facimus etiam grauius iudicium, quam iudeis nobis expeditum est.

In quo præueniam Dominum? Incuruabor ne coram Deo excelso? An uero præueniam eum holocaustis, & uitulis anniculis? Non placebit Dominu, etiamsi mille arietes, aut multa milia fluminum olei offeras. Num igitur dabo primogenitū meū pro transgressione mea: & fructum uentris mei pro peccato animæ meæ:

Agnoscit populus peccatum suum, sicut nos quoque nostrum peccatum cogimur agnoscere, cum beneficia diuina comparamus cum uita & moribus nostris. Hic igitur pulcherrime pingitur, quid soleant homines in tali confusione, Franguntur metu malorum & confugiunt ad hypocritica opera, his sperant se deum placaturum esse. Sed propheta hic palam ostendit, Deum sacrificia nolle. Sicut etiam Esa. cap. . . . facit. Et Oseas, Misericordiam uolo, non sacrificium. Et Psalmus quinquagesimus. Itaque aliam rationem placandi Dei ostendit.

Hic igitur nascitur quæstio digna, quæ tractetur. Cur Deus sacrificia respuat, quæ tamen tanquam cul^tus mandarat Iudeis? Reprehendi itaque poterant Iudei si non sacrificassent. Sed quod sacrificant, profectio non debet reprehendi.

Cur a nis
ea damnae
Deus.

Ad hanc questionem sic respondeo, Verum est,
quod Deus sacrificia præcepit tanquam cultus. Sed
ea non sola præcepit, dedit enim mandata etiam
de alijs cultibus interioribus, & ut Paulus uocat, rationabilibus.
Rom. 12. Deinde præceperat Deus sacrificia, non in
eum finem, ut essent satisfactio pro peccatis.

Duplex igitur uitium habebat in sacrificiis dæorum, seu legalibus cultibus. Primum uitium erat,
quod hosce & loyosus seu irrationales cultus praesta-
Rationales bant omisis alijs cultibus λογικοῖς, quales sunt,
cultus. sicut propheta post commemorat. Facere iudiciorum,
amare beneficentiam, & humilem ambulare coram
Deo suo. Sicut Oseas quoq; dicit. Non uult Deus sa-
crificium, sed misericordiam, non holocaustum, sed
agnitionem Dei. Et Psalm. quanquagesimo. Immola
Deo sacrificium laudis, & redde altissimo uota tua,
Inuoca me in die tribulationis, & ego eripiam te, &
& honorificabis me.

Hos cultus impij non prestant. Nam in rebus le-
tis securi sunt, non agnoscunt Deum autorem, nec au-
tuntur pro Dei uoluntate donis Dei. Et in aduersis,
non confugiunt ad Deum, sed querunt humana pres-
idia. Hæc igitur que potissima ex summa sunt, eum
omittant, quomodo potest deus inferiori, & illo quasi
brutali cultu, delectari?

sic

PHE TAM MICHAM. CAP. VI. 191

Sic Esaias concionatur. Quò mibi multitudo uestrarum victimarum holocausta arietum, & adipem pinguium & sanguinem uitulorum, nolo. Lauamini, mundi estote, austerite malum cogitationum uestrarum ab oculis meis. Desinite agere peruerse, & discite benefacere: querite iudicium, subuenite oppresso, &c. Hec sunt uere bona opera, nec possunt simulari ab impijs. Ideò omittunt ea impij, indulgent auaricie libidini, ira, &c. Sicut Psalmus 50. dicit. Videbas furem Psalm. 50. & currebas cum eo, &c. Hanc impietatem conantur hypocritæ postea tegere & obruere ista simulatione extenorum cultuum. Merito igitur Deus eos cultus damnat & rejicit.

In Oeconomia herus à seruo exigit, ut domum purget scopis. Sed ad hanc solam operam non conduxit seruum. Habet enim opus seruo ad alia maiora officia, ut fideliter traetlet pecuniam, ut in labore assiduus & diligens sit, &c. Si igitur seruus maiora illa negligat, nonne paruam gratiam merebitur illa uerendi diligentia? maxime si intelligat Herus seruum hoc modo querere prætextum malicie & ignauiae. Ita damnat Deus sacrificia Iudeorum, quod maiores & rationales cultus plane negligebant, & impietas suam palliabant ista sacrificiorum pompa. Secundum uitium in eo erat, quod Iudei sacrificiis

Vere bona
opera.

Sacrificia Iudeorum a deo damnata

cijis non solum tegebant impietatem cordium, sed etiam
volebant ea esse premium pro peccatis. At sacrificia
in hunc finem non instituerat, nec mandarunt Deus.

Volebat hoc modo prospectum sacerdotibus. Et erant

^{Vnt sacrificio Christi} sacrificia typus summi sacrificij, quod per mortem filii
^{competitio} Dei peccata mundi essent expianda. Hoc sacrificium
^{non remissio,} non remissio,
^{ris peccato-} filii Dei, impij non considerabant, et tribuebant res
^{xum} missionem peccatorum sacrificij suis. An non autem
extrema impietas et blasphemia est, sanguini hircorum
et taurorum tribuere eum honorem, qui solius
sanguinis Christi est?

Itaque passim in prophetis dicit Deus, se etiam abominari sacrificia, se non præcepisse ea, &c. Nam pri
reperat quidem, sed non in hunc finem. Erat quoque ca
accepturus tanquam obedientie erga Deum testimoni
nia, si non in maioribus et grauioribus rebus essent
inobedientes. Sed cum et maiores cultus intermitant
et hos infriores et uere abominationes cultus, cum tam
impia opinione præstent, abominatur sacrificia Deus
et ridet quoque. Sicut in Psalmo 50. Nunquid mandu
cabo carnes taurorum, aut sanguinem bircorum
potabo?

Ac uiderunt Iudei quoque non esse istos summos
cultus, si uaccam, aut arietem immolarent. Itaque ad
sumptuosiora sacrificia uerbi sunt. Sicut propheta
hic tel

PHE TAM MICHAM CAP V. 193

hic testatur: Etsiam si mille arietes et tota flumina oleis
offeras, ingratum erit id officium domino, Quia sicut
in psalmo 50. est, Omnia animalia syluarum sunt do-
mini, & uniuersa quae in agris sunt, ipsius sunt.

Mos immo-
ludorum li-
berorum.

Aliud igitur consilium instituebant, & immolab-
bant in honorem & cultum dei filios & filias. Huius
crudelitatis occasione sumperunt ex facto Abrahæ.
Quia enim deus tantopere prædicat eius obedi-
tiam, quod filium uoluerit immolare, putabant deum
quod eo officio placari, si liberos suos ei obtulissent,
ac si opus ipsum spectes, magnum & arduum fuit.

Quis enim non libentius opes & uitam etiam suam
in discrimen ponat, quam ut liberos suos det mattan-
dos alijs, aut maclet ipse? Itaq; postea gentes quoq;
hunc cultum imitare sunt. Sed infelices hypocritæ,
non uidebant Abramum iussum, ut offerret filium,
Ipsis autem tale nihil mandatum erat. Itaq; non solū
cultus nullus fuit, sed etiam grauiſſimum peccatum fuit,
contra quintum præceptum, quo prohibentur cædes.

Sic monachi iactant suos cultus, prædicant sua bo-
na opera, quod abstinent à ciuilibus negocijs, certis
horis orant, à certis cibis cauent, &c. Sed quia hec
omnia suscipiunt sine mandato dei, nihil deo gratio-
res sunt ipsorum cultus, quam erant illa parricidia
lia sacrificia, in quibus parentes liberos suos offerre-
bant

Cultus & o-
pera monas-
chorum

bant deo. Cultus enim non potest esse, ubi non est man
Math. 15 datum dei expressum, secundum sententiam Christi.
 Frustra me colunt mandatis hominum.

Docet itaq; hic locus de hypocritis, quod conantur
Hypocrytae suis operibus placare deum, que tamen eiusmodi
 sunt, ut per se non sint bona. Hæc autem non est uera
 ratio placandi dei. Itaq; propheta nunc docet, quo-
 modo deus placari uelit.

Indicauit tibi Dominus o homo,
 quid sit bonum, & quid à te postulet,
 nempe: Ut facies iudicium, ut ames
 beneficentiam, & ut humiliter ambu-
 les coram deo tuo.

Primum insignis commendatio in eo est, quod
 dicit: Se traditurum, que bona sint, & que exigit
 deus. Igitur certi esse possumus, cum ea facimus, dea-
 nos placituros esse: Nam non nisi bona exigit deus,

Vbi manda-
 tum dei non
 est, ibi non
 potest esse
 cultus dei,
 & ea que exigit, placent ei. Vbi è contra alij cul-
 tus, quos ipsi delegimus, non possunt deo placere, si-
 cut sunt uota monachorum, impurus coelibatus, sac-
 crificium missæ pro uiuis & mortuis, cultus sancto-
 rum, peregrinationes, certarum horarum preces, ab-
 stinentia à certis cibis, &c.

Habent hæc magnam speciem, & sunt quoq; la-
 boriosa satis, Itaq; mundus indicat ea bona esse, &
 placere

PHE^TAM MICHAM. CAP. VI. 195

placere deo , sed deest his omnibus illa insignis commendatio , qua propheta suam doctrinam commendat, cum dicit: se traditurum, quæ bona sint & dominus exigat. sunt enim omnia instituta, humana uoluntate, non autoritate diuina , Itaq; habent mercedem ab hominibus, non à deo, sicut Christus dicit: Frustra me colunt mandatis hominum, &c.

Veri igitur & boni cultus , quos deus exigit , hi Veri cultus sunt: Facere iudicium . Hoc ferè exponunt pro iusta agere, hoc est, ut puniantur nocentes , & defendantur innocentes . Nam hoc loco propheta cum montib[us] agit, hoc est, cum regibus & principibus , qui bus deus gladium commendauit, Hi cum gladio utuntur ad coercendos malos , certi sunt se facere bonum opus , quod deus exigit . Cum econtra qui segniter administrant officium suum, & aut negligentia peccant, aut periculis suis mouentur , ne animaduertant seuerius in facinorosos faciunt rem malam , & omitunt quod deus exigit.

In hanc sententiam ferè accipitur formula hec in scripturis: Nam Hieronymi sententiam non probo, Exponit enim iudicium facere pro eo , ut nihil absq; ratione & consilio faciamus , ut ante mens iudicet, quid factura sit , & postea opere compleat . Hoc est philosophicū iudicium, sed scriptura ut dixi :

iudicium aliud quiddam uocat.

Hæc igitur sententia non inepta est, ut hortetus magistratum ad faciendum officium, sicut in hanc sententiam Esaias . . . cap. iubet, ut querant iudicium, Et subiuugit quasi expositionem, subuenite oppresso, etc.

Sed quia hoc in loco propheta generalem concionem de penitentia instituit, uocabulum iudicij paulo

^{iudicium sig.}
^{uiscitat uerbi} latius accipiendum est. Notum enim est, quod sepe usurpetur pro uerbo dei, sicut probat Psalmus 119.

Idq; eam ob causam, quod uerbum iudicat homines,

^{iudicium fa}
^{cere.} dum damnat mala, et docet sancta et uera. Ergo hoc in loco iudicium facere, est uerbo attendere, id sequi, ei obedire, non repugnare uerbo, non odire uerbum, sed id cum gratiarum actione accipere, ei parere, sine uerbo nihil suscipere, quæ uerbum mandat sedulo facere, &c.

Non solum autem includuntur in hoc mandatum externa uitæ officia, seu bona opera, sed motus illi spirituali rituales, de quib. docet prima tabula. Nam uerbi dei hec duo præcipua sunt, ut doceat fidere deo, et timere deum. Fiducia autem in deum, requirit notitiam Christi.

Itaq; hoc primum conandum est, ut attendamus uerbo dei, ut fidamus misericordiae per Christum exhibite, et timeamus eum. Eiusmodi autem hic cultus est, ut possit ab omnibus præstari. Nam si sacrificia regni

HETAM MICHAM CAP. VI. 197.

requirerentur, melior esset diuitū conditio, pauperum
deterior, sed non requirit deus sumptus magnificos,
animum requirit trementem ad sermones suos, & sic Iesa. 66.
dentem misericordia eius

Secundum est, diligere misericordiam seu benefi-
centiam. Ac diserte utitur uerbo diligendi. uidet enim Diligere mi-
sericordiam.
omnium hominum animis inditum esse studium singu-
lare, ut sibi benefaciant, & negligant alios. Hunc af-
fectum uult eximi ex nostris animis, & uult in nobis
singulare studium esse beneficentie erga omnes,

Hic quoq; eiusmodi cultus est, qui ab omnibus po-
test prestari, Que enim tam uilis conditio est, in qua Conditio se-
uilem.
non possit prodeesse alijs? Deterima iudicatur con-
ditio, seruorum & ancillarum, Sed hi dum imperata
sedulo faciunt, dum curant rem familiarem aut libe-
ros sanctius opus faciunt, quam omnes monachi &
moniales. Faciunt enim quod deus mandat. Illi sponte
susceptis laboribus defatigantur, sine mandato dei,
imò etiam contra mandatum dei.

Tertium est humilem ambulare coram deo. Hoc Humilem am-
bulare cora
deo.
non solum eo pertinet, ne simus arrogantes, superbi,
presumptuosi, sed ut in cruce simus patientes. Sicut
Petrus dicit: Humiliamini sub potenti manu dei, hoc 1. Pet. 5
est, forte uoluntatem dei equo animo. Nolite indignan-
ti, Nolite auerti à deo ad humana & illicita præfia-

dia. Sed humiliamini, id est, agnoscite poenam peccatorum, aut saltem necessariam mortificationem veteris hominis, Deinde, petite & sperate liberationem per Christum.

Veri cultus.

Antichrist ecclasia. Hi sunt ueri cultus, & uera poenitentia, quam qui prestant, hos amare, tueri, defendere uult deus. Ac uera ecclesia in id incumbit, ut hos cultus deo profestet, & homines ad talem rationem uitæ et morum exercitentur. At ecclesia antichristi diuersum facit: Nam & uerbum persequitur ac blasphemat, deinde crudelis est in ueram ecclesiam. Crucem autem abominatur, querit uoluptates & otium, Ideo etiam prement eam cæde poenæ, quas impijs propheta iam minabitur.

Vox domini ad ciuitatem clamat, Et salus timentibus nomen tuum.

Duplex^{uox} dei. Cohærent hæc cum superioribus. Reprehendit etsimus propheta hypocriticos: ultus, tanquam inulliles ad placandum deum, & docuit de ueris cultibus, et uera ratione placandi dei, & mitigandarū poenarum. Hanc uocem dei placidam & salutarem, cum uidet neglegi, minatur deum alia uoce locuturum, quam non solum audire, sed etiam experiri cogantur. Sicut enim tota scriptura ostendit, Deum penitentibus ignoscere uelle, Ita minatur impenitentibus exitium.

Porro

PHE^TAM MICHAM. CAP. VI. 199

Porro non pertinet hæc irata Dei uox ad unam ciuitatem, sed ad omnes. Itaq; uocabulum (Lair) collective accipiendum est. Sicut cum Paulus ad Titum cap. i. dicit. Constitues presbyteros κατά τόπους. Tit. e. Id quod nos reddimus per singulas ciuitates.

Addit autem hic quoq; consolationem ad erigendos pios, ne in publica calamitate despondeant animū. Loquetur, inquit, Dominus ad singulas ciuitates. Ea erit uox iræ & furoris. Pertinet tamen ad eos tantum, qui sunt impenitentes, & non auscultant uerbo. Cæteri autem qui timent nomen Domini, his erit salus.

Etsi enim Ebræa uox uarie à Rabinis exponitur, tamen satis constat, significare salutem, successum, fœlicitatem, & si quid simile est. Sicut ostendit locus Proverb. 8. (Liazah ue Tuschijah) meum est consiliū Tuschijah. & successus. Nam quod recta consilia instituimus, dei donum est. Quia autem etiam recta consilia non nunquam male cedunt, requiritur (Tuschijah) successus. Item ca. 3. Recondet rectis (Tuschijah) hoc est, Fortunabit eos, seruabit in periculis, ubi impij peribunt, &c.

Includit autem propheta pulchra antithesin, uidet omnes occupatos studio augende rei familiaris, quod patent in opibus presidium esse contra communi-

nes calamitates, dicit igitur : Fallimini si hoc sentiatis.

Opes iniuste Nam opes iniustæ causa sunt exitij, hi autem saluabun-
tur, qui timebunt nomen Domini, hoc est, qui uerbum
amplectuntur, qui obediunt uerbo. Ideò autem hac
phrasí utitur, ut diserte dicat, qui timent nomen
tuum. Quia hypocritæ nunquam patientur de se hoc
Nomen Do- mini timere. dici, quod Dominum non timeant. Ideò enim sacrifi-
cant, ideo in externis cultibus præstandis tam sunt
Hypocritæ assidui. Sed si ad uerbum respicias, ibi produnt se,
quod, sicut Psalmus dicit: Non est in oculis eorum timo-
r Domini. Nam uerbum aut persequuntur aut ne-
gligunt. Indulgent cupiditatibus pro occasione, sunt
auari, ambitiosi, crudeles.

Porro hanc concionem ad nos quoq; pertinere
statuemus. Nemo est qui non exhorrescat Turcicam
immanitatem quotidie magis ac magis appropinquan-
tem. Hæc est uox Domini, quæ clamat super inobe-
dientem Germaniam. Sed salus timentibus nomen Do-
mini. Hos enim sicut Danielem in Babylone, in me-
dia Turcia seruare, & euhere nouit Dominus. Simia-
lis sententia est Prouer. 16. Misericordia & ueritate
redimitur iniquitas, & per timorem Domini declina-
tur à malo.

Audite tribus, sed quis testificabi-
tur ei.

Est hic aliquid negotij in Grammatica. Nam alij
vocabulum (Mateh) accipiunt pro uirga, ut sit senten-
tia. Audite uirgam seu flagellum, & eum qui testifi-
catur de eo. Hieronymus autem uertit. Audite tribus,
& quis approbabit illud? Sed in commentarijs se-
quitur aliam sententiam. Sic enim dicit: Audite tri-
bus, que uobis contestatur Dominus. Nam uerbum 122d*laad*
(laad) usitata phraſi significat concionari, prædi-
care, docere.

Sed si ad textum respiciamus, simplicissima senten-
tia est. Iubet propheta primum, ut tribus audiant. Po-
ste et tanquam desperans de fructu. Quis, inquit: testifie-
tur ei? hoc est. Quis hunc populum doceat? Quis
ei concionetur? cum nullus fructus sequatur, sed ipſi
pergant in suis peccatis, sine omni pœnitentia. Sicut
sequitur in textu.

Nonne adhuc ignis in domo impij,
thesauri impietatis, & modius macilen-
tus, ira plenus.

In priore sententiae parte Hebræi habent dupli-
cationē. Alij enim legūt (Haiesch) Nunquid est? Cū
in textu sit (haisch) quod alijs uirum, alijs ignem expo-
nunt. Sententiae autem conuenientius est, ut exponas
pro igni. Quanquam Grammatici aliam punctorum
rationem requirant. Significat autem ignis hic pœ-

^{ignis.} nam, sicut supra Amos 5. Quærite Dominum & via
uetis. Ne forte erumpat quasi ignis in domum Ioseph
& deuoret, & non sit, qui extinguat in Bethel.

<sup>Opes male
part; compa-
ta tur igni.</sup> Atq; hæc bellissima figura est, quæ pingit opes
fraude & iniurijs partas, quod sint tanquam ignis,
quo necesse fit ipsos conflagrare, qui eas possident.
Sicut etiam testantur uulgo nota dicta. De male que-
sitis non gaudet tertius heres. Male quæsita, male dis-
labuntur. Et Salomon. In domo impij corrosio.

Sed hic uide impianum hominum impietatem, ne an
incredulam pertinaciam dicam? Nemo non cohorres-
ceret, si uideret faciem ardenter admoueri teſto
ſuo. Manifestum enim in ea re est periculum, & ſepe
ex parua ſcintilla neglecta, maxima oriuntur incen-
dia. Sed cur non eodem etiam modo abhorremus ab
opibus per auaritiam & iniurias partiis? quas pro-
<sup>Auaritia he-
mines perdi</sup> pheta hic dicit esse ignem. Verum enim est, quod alii
cubi Chrysostomus dicit, quod paruae opes fraude

^{LUC. 8.} parte, etiam magnas opes honeste & bene partas,
quasi abſumant. Christus etiam recte parta ſpinis
comparat strangulantibus ſegetem. Malè autem par-
ta, aut diſfluunt turpiter, aut, ſicut experientia teſta-
tur, nocent hæredibus.

Et tamen in id incumbunt omnes, ut quo iure,
qua iniuria diteſcant. Has autem comminationes
tanquam

tanquam aniles fabulas contemnunt. Fit autem hoc,
quia Dominus ad tempus ignem quasi sopit, nec si-
nit statim collucere & deuorare. Nam impij florent
aliquandiu, ut cedri libani. Sed paulo post fit, quod Psalm. 37.
Psalmus dicit: Transiui & ecce non erat. Quasiui
eum, & non inuentus est locus eius. Quemodo hoc?
Quia ignis deuorauit eum, quem domi sue fuit,
cumulauit & in tantum auxit, ut esset inextin-
guibilis.

Eadem sententia est particule que additur, quod
modius macilentus, sit indignatio. Est autem haec
quoq; bellissima figura, quod uocet (Ephathraon)
modium maciei, qui non abudat, sed cui deest aliquid.
Sicut contra Christus uocat καιλον μετρον, πεπι-
ει μηδον, και σεσαλευμένον, ογκον τωρεκχυνόν,
μηδον. id est, mensuram bonam, pressam agitatam, et
super exundantem, Lucæ 6.

Fit autem hoc quoq;, ut homines utantur mensu-
ris, ut propheta appellat, macilenta, ac ea in re spe-
rent lucrum. Sed quale id est lucrum? Propheta re=
spondet, est (Seumah) hoc est, indignatio, seu commina-
tio certi mali, quod sequetur. Quis autem tam stultus
& amens est, ut optet opes coniunctas cum indigna-
tione Dei? Nimirum omnes hi, qui mensuris non iustis,
sed parcis & deficientibus utuntur in uendendo.

Mensura mi-
nus p. ena.

Mensura ind
qua.

Num excusabo stateram impiam,
 & fraudulenta pondera in sacco: per
 quæ diuites eius omnia implent iniurias: et ciues eius loquuntur mendacium, et lingua eorum dolosa est in ore eorum.

Pondera ini-
qua.

Hic pondera reprehendit, sicut supra mensuram iniquam. Nam in eo quoq; lucrum esse homines putant, si pondera uitient, sed Dominus ea damnat. Ideo fit, ut quanto plus se adimere alijs fraudulenti uenditores confidant, tanto plus sibi adimant. Prouocant enim iram dei, sicut etiam alibi scriptura minatur, Proverb. 11. Statera dolosa abominatio est apud deum.

Statera dolo-
sa.

At æqua mensura ei placet.

Quod fecimus fraudulenta pondera, in Hebreo est. (Abne Mirma) lapides dolosi. Vt ebantur enim iudei ponderibus ex lapide, non, ut nos, ex ære & ferro fratre. Eadem phrasis est Proverb. 16. Pondus & statera iudicia Domini sunt, & opera eius omnes lapides facili. Vbi in nostris codicibus corrupte legitur, seculi.

Proverb. 16

Quod de mendacio & lingua dolosa addit, et si uideatur ad doctrinam referri posse, tamen rectius intelligitur de illa, toti mundo nota, mercatorum & opificium perfidia & uanitate, qua imponunt omnibus. Igitur

Igitur ego quoq; cepi percutere te,
& perdere propter peccata tua.

Verbum (Hechelethi) Hieronymus, format à (halal) quod significat incipere. Sed alij contendunt esse à (Halah) & exponunt. Ego te agrotare feci, sicut etiam Osee 7. Incipit autem propheta hic minari peccatis, que supra recensuit. Ea duplicitia sunt. Non enim in eo tantum peccarunt Iudei, quod per avaritiam iniustis ponderibus & mensuris usi sunt. Sed etiam quod retinebant idolatrias suas, nec patiebantur emendi impietatem per sanam doctrinam.

Hic igitur panditur iudicium Dei plane diuersum à iudicio hominum. Papistæ hodie non ideo urgent cultus & doctrinam suam, quod uelint perire. Putant enim se hoc modo stabilituros suum regnum, & certo statuant, si doctrinam nostram sequantur, se beneficia redditus, dignitates, quas retinent, amissuros esse. Sicut Iudei quoq; non ideo sacrificabant reginæ cœli, ut est apud Jeremiam, quod uellent perire: putabant eum Cap. 44. cultū unicam esse causam fœlicitatis & successus. Sed quid sit? Hi ipsi cultus perdiderunt Iudeos, & sine dubio perdent quoq; Papistas nostros. Quanto enim impia studia urgent diligentius, tanto in se magis prouocant iram Dei, donec tandem penitus excindentur.

**Auari seip-
tos spoiant.** Similis ratio est peccatorum secundæ tabulæ. Dia-
uites putant iniquam mensuram & pondus fraudu-
lentum additum aliquid suis opibus. Sed sic parte
opes, etiam honeste ac quisita absunt. Si igitur lice-
ret nobis omnis generis mala imprecari auaris homi-
nibus, quid aliud imprecaremur eis, quam quod fat-
ciunt, ut fraude, mendacij, periurijs pararent diuis-
Iniuste opes. tias? Nulla enim compendiosa magis ad interitum uia-
cat, & mensuram iniustum, indignationem Domini.

**Pœna auare-
rum.** Sed mundus non credit hæc. Ideo hoc unum agit
& urget, ut quam plurimum possideat. Sequentur au-
tem hoc studium suæ certæ calamitatis, ut auari &
iniusti homines sibi ipsis sint carnifex, aut habeant
additæ pœnas & morbos insignes, aut ut iterum res-
digantur ad inopiam, aut occasione opum palâ fiant
impij, aut calamitates illæ uel singulæ, uel aliquæ illæ
in hæredes deruentur.

**Pater quoti-
dianus.** Quare hoc potius faciendum erat, ut non de opis
bus colligendis, sed de peccatis & aueris cogitaremus.
Ibi enim cessaret ira, & abessest ignis ille, adcesset au-
tem benedictio Domini. Nam et si non habeas magnas
opes, tamen Dominus uult largiri panem quotidianiæ
hoc est, quantum satis est. Sicut dicit: Pater uester
scit, quibus habeatis opus. Item. Primum querite re-
gnum

Num Dei, & omnia illa adiicientur uobis. Et Psalm.
 37. Quotidie miseretur & dat mutuum, & semen
 eius in benedictione est, hoc est, qui liberaliter dant
 & sunt benefici, his non solum nihil deerit, sed redun-
 dabit benedictio etiam in posteros. Sed quia mundus
 neq; credit, nec facit hæc, ideo cogitur experiri, quæ
 propheta minatur impijs & incredulis suis Iudeis.

Tu comedes & non saturaberis, &
 oppressio tui in medio tui.

Vide ingentem iram, quam illa hominum malicia
 meretur. Panis quotidianus promissus est pijs, sed a-
 uaris hominibus hic negatur. De pijs dicit spiritus
 sanctus. Non uidi semen iusti querere panem. Sed aua-
 ri & iniusti homines, etiam cum querent panem non Psalm. 50.
 inuenient, etiam cum panem habent, non poterunt eo
 exaturare famē. Etsi autem hæc tempore pacis quoq;
 possunt accidere, ob difficultatem annonæ. Tamen
 propheta respicit ad belli tempora, sicut nunc miseri-
 ris captiuis accidit in Turcia. Hi enim cum in sum-
 ma uini & frumenti copia uixerint, nunc uix habent,
 quod tolerande uitæ satis fit.

Quod addit. Oppresio tui in medio tui, significat Oppresio
 quod nullum sint habituri successum, urgente & de- tui in medio
 primente eos ira Domini. Itaq; latine reddi potest, ex tui
 omni parte opprimeris. Nā Ebraū uocabulū (leschah
 signif.

significat humiliationem seu depressionem. Sicut Gen
manice, cum uolumus significare aduersissimam for
tunam, dicimus. Er kan nicht über sich kommen. Premi
tur manu Domini, ut emergere non possit. Sic Psalm

Psalm. 38 38. (Schahothi) depressus sum uehementer. Nostra
translatio habet. Curuatus sum in finem. Sed loquitur
ibi de spirituali humiliatione, quæ nascitur ex sensu
iræ dei, & conspectu peccatorum.

Apprehendes quidem, sed nō eripies,
quod autem eripueris, gladio dabo.

Rabini nescio quid de abortiis hic comminiscun
tur. Sed prophetæ alia sententia est. Vult enim ostens
dere, quod non solum corpora, sed omnes ipsorum for
tunæ in extremis periculis uersabuntur. Ac uerbū

Apprehen = apprehendendi ostendit magnum studium emergendi
dere. ex calamitate, quod impliciti & inuoluti malis uaria
conabuntur, & tentabunt eluctari ex præsenti cala
mitate. Sed minatur propheta, eos quoq; conatus fru
stra fore. Non quod non aliquando sint aliquid effe
cturi, sed quod etiam si quid confecerint, id iterum
diffluet, aut in hostium manus ueniet. Sicut sequen
tia ostendunt.

Tu seminabis, & non metes. Tu cal
cabis oleam, & nō ungeris oleo. Muſtū
quoq; calcabis, sed uīnum non bipes.

ad

Qui seminavit, uidetur aliquid apprehendisse, &
sperat messem. Sed propter peccata nostra fiet, ut
non solum non demetatis, que seminas, sed ut hostilis
ea conculces & perdat. Ad hunc modum, qui oleas et
uvas collegit, uidetur apprehendisse quo frui possit.
Sed propter peccata nostra fiet, ut haec non possitis
saluare, nec ijs frui: Nam hostibus illa offa parata est,
quam uobis e fauibus eripient.

Sunt haec tragicæ figuræ, sed euentus ostendit multo
atrociora passos Iudeos. Et habemus nos similia
exempla in fortibus Germania, immo in ipsa Germania.
An non enim putas miseros Hungaros, & omnes Aus
triacos nunc aliquoties seminasse, que ab hostibus
Turcis obtrita sunt & musta calcasse, que immanis
hostis temere effuderit? Proponuntur autem haec prophe
tarum conciones ideo, ut postquam certum est, pro
pter peccata nostra haec ita accidere, agamus pœni
tentiam & emendemur.

Quia obseruasti ritus Amri, & om
ne opus domus Ahab, & ambulasti
secundum consilia eorum, Ideo dedi
te in desolationem, & cites tuos in
sibilum, & opproprium populi mei
porrabitis.

Meminist Amri & Ahab, qui post Hieroboam, no
p ne ido

uæ idolatriæ populo Israël fuerunt autores. Nam Amri, qui ædificauit Samariam, et ibi instituit cultum dei contra mandatum dei. Ahab autem etiam templum ibi ædificauit idolo Baal. Propter hanc impietatem regnum Israël à Salamanasser uastatum est. Et cum eadem peccata postea imitarentur reges Iuda, est id quoque regnum à Nebucadnezar Babylonio uastatum, et populus captiuus abductus. Auaricia enim et alia peccata secundæ tabulæ, ut fame, bellis, et alijs calamitatibus tibus solent puniri. Ita peccata primæ tabulæ, impudicitia, cultus impij, et idolatrici, solent puniri, sicut supra audiuimus, extrema uastitate. Sicut Iudeorum exemplum ostendit, quibus et in captiuitate Babylonica, et hodie summum opprobrium est, quod fuerint populus dei, et tam turpiter à deo suo discesserint ad idolatriam et impietatem.

Hæc est insignis pœnitentiæ concio, præcipue nostro seculo necessario, ut emendemus uitam et mores nostros, ac faciamus iudicium, diligamus beneficium, et humiliter ambulemus coram deo nostro. Sicque gratiam inueniamus apud eum per Christum, et liberemur ab horribilibus pœnis, quæ imminent, propter peccata toti mundo, Amen.

COMENTORIUS

IN PROPHETAM MICHAM

CAP. VII.



Aec est ultima huius prophete= Summa. p.
c. p.
tæ concio. Principio est queri= monia de malicia & impieta= te sui populi, qui uerbum habet
bat, sed eo nō utebatur ad poes
nitentiam & emendationem,
sed securus pergebat in peccatis. Deinde doctrina seu
exhortatio subiicitur, ut pijs soli deo & eius uerbo ins
titantur, nec se, uel autoritate, uel potentia; uel
coniunctione cuiusquam, aut amicitia patientur à
verbo abduci.

Postea consolatio additur, quod et si captiuitas
propter peccata ferenda sit, tamen deus non sit abie
cturus populum suum, sed cōsulaturus suos: Non solū
reducendo eos in terram Canaan, & ulciscendo ho
stes eius, sed mittendo Christum, qui regnum gratiae
& misericordie per totum mundum sit habiturus.
Ad hunc modum claudit prophetam suam optimus
doctor, pulcherrima concione de regno Christi, et re
missione peccatorum ex mera & gratuita misericor
dia. Sed nunc ordine textum explicabimus.

Hei mihi, quoniam sum sicut qui colligere uult æstiuos fructus, sicut qui uas tempore uindemiae uult colligere & non inuenit botrum quem comedat, primitias desiderabat anima mea.

Hæc est querimonia, dolet enim pio doctori tam ^{Perneras}_{hominum} esse hominum peruersitatem, ut non solum non emendentur impij, sed quasi data opera, quotidie deteriores fiant, & licentius peccent. Cum tamen deus eo animo uerbum suum mittat, ut & homines admitti, peccare desinant, & futuras penas, tum corporales tum æternas euitent.

^{Emititudo}
^{de uinea.} Utitur autem similitudine de uinea, qua etiam Esaias utitur cap. 5. sape enim iam uidimus hos duos prophetas, qui iisdem temporibus docuerunt, etiam iisdem uerbis uti. Est autem sumpta similitudo ex cantico Mose, Deut. 32. ubi de impijs Iudeis dicit: De uina Sodomorum uitis eorum, & de agris Gomorras uua eorum, uua fellis & bolus amarisimus.

Imitatus autem est similitudinem hanc Christus Mat. 21. quoq; Matthæi 21. ubi scribæ & pharisei siue prophetæ sunt, quod uinea elocabitur alijs, Malos Ecclæstia uineæ autem deus male perdet. Et Ioh. 15. Christus suam ecclæstiam uineæ comparat, ac similitudinis partes pulcherrime explicat. Dicit se esse nitem, discipulos autem suos seu

P H E T A M M I C H A M . C A B . V I I . 213
suos seu ecclesiam, esse palmites, deum dicit esse uinitorem ac purgare uitem uerbo, ut uberiorem fructum *Ioan. 15*
ferat. Sicut autem palmites à uite excisi, fructum ferre non possunt, Ita, inquit, si nos maneamus in uite
Christi, futurum, ut per eum feramus fructum: Nam
ipse solus est, qui dat spiritum & uitam.

Ad hunc modum propheta hoc in loco populum
comparat uincæ, se autem dicit esse uinitorem: qui
per uerbum hactenus eam coluerit, Sed queritur nul-
lum inueniri à se fructum.

Vocabulum (Bekudah) Hieronymus uertit præ-
coquus siccus, Sed in genere significat primitiis om-
nium frugum. Diserte autem dicit propheta, anima
mea primitius desiderabat, Has enim quia tempore
uindemie se non inuenire posse dicit: frustra decimæ
frustra plenitudo uuarum expectatur.

Pertinet autem hoc, ad illud commune scandalum
quod omnibus seculis pios doctores exercuit, Sic enim
solet mundus, hominum uitia imputat doctrinæ &
doctoribus. Sicut hodie cum aduersarij atrocissime
contra doctrinam nostram loquuntur, urgent fructus
objiciunt seditiones, sectas, auariciam, tyrannidem
principum & alia.

Sed dic mihi: Num Michā accusabimus, quod ait
in docendo negligentior, aut in obiurgando non satis

Causa scandala
torum in ec-
clesias

uehemens fuerit? Nam doctrinam eius culpare non
audebis. Et tamen ipse testatur, se nullum uidere frus-
tum suæ doctrinæ in populo, ino quanto ipse acris
reprehendit uitia, tanto maiora incrementa sumpserit.
Huius igitur incommodi que causa est? Profecto non
doctores, ac multo minus doctrina. Sed satan est causa
Mat. 13 qui zizania hominibus dormientibus serit in bono
agro. Ea postea sic pullulant, ita succrescunt, ut boni
semen non solum obruatur, sed plane stranguletur.

Sed non ideo aut uocatio penitus abicienda, aut
Propter malum
titulum im-
p o orum
non deser-
dam uocatio-
nem.
negligentius faciendum officium est. Hæc enim duo
incumbunt doctoribus. Primum ut animam suam rea-
dimat, sicut Ezechiel loquitur. Deinde etiam ut impur-
mundus habeat testimonium publicum contra se. Sicut
Christus dicit Ioan. 15. Si no uenissim et locutus essem
peccatum non haberent: Nunc autem excusationem
non habent de peccato suo.

Ad hæc accedit tertia causa & quidem potissima
quod & nomen dei sanctificandum est, alijs omnibus
blasphemantibus, & semper aliqui erunt, qui uer-
bum amplectentur. Habet enim deus semper suam ec-
clesiam, ubi uerbum est, et si uarijs scandalis deformata
& pene oppressa sit.

Periit sanctus de terra, & rectus in-
ter homines non est. Omnes insidian-
tur

P H E T. M I C H A M. C A P. V I I. 215
tur sanguini, unusquisque uenatur fra-
trem suum ad perniciem.

Hoc prophetis usitatum est, ut quod antea figu-
rate dixerunt, postea simpliciter & sine figura di-
cant. Idem Micha hoc loco facit. Botri, quos in vinea Botri in vi-
nea Domus
sua quæsiuit, hi erant de quibus in superiore capite di-
xit. Facere iudicium, diligere beneficentiam, & humi-
lem esse coram Deo. Sed hæc cū querit in suo populo
contrarium inuenit. Perijt, inquit, de terra sanctus &
Rectus non est inter homines.

Vocabulum sanctus (Hasid) apud Hebreos acti= Sanctus quid
us & paſſiuſ significat: nempe, qui misericordiam à
Deo consecutus est, & qui misericordiam exerceſt
erga alios. Debent enim hæc duo cōcurrere, ut seruus Matth. 18.
cui debitum remiſſum est decies mille talentorum ui-
tiſim remittat conſeruo centum denarios.

Rectum uocat, qui recta incedit, & neq; ad fini- Rectus.
ſtam nec ad dexteram deflectit, hoc est, qui ambulat
in timore Dei, & sperat in eius misericordia. Talem
negat amplius inueniri, quod uidebat omnes, rebus læ-
tis, ſine timore & in ſumma licentia uiuere. Contra
in calamitatibus aut desperare, aut conuerſi ad car-
nalia præſidia.

Hec recte opponuntur ei, quod ſupra dixit. Iudicium fa-
cere, hoc eſt, attendere uerbo, quod hos duos cultus
cere,

præcipit. Timorem & fiduciam in Deum. Hi cultus
cum non adiungunt, sequuntur ea, que propheta commen-
morat, ut omnes inservient sanguini.

Omnes inservient sanguini. Hoc etsi ad cædes referri poterat, quas sepe am-
bitio & avaritia parit. Tamen rectius referri ad ca-
des prophetarum, obnitentium cupiditatibus mundi.
Sicut uidemus, si quis Papistarum impietatem liberè
infectetur, et omnis generis insidias & supplicia sub-
eunda sunt. Quia autem paucissimi sunt, qui propheta-
tis recta monentibus parent, quid tum futurum pug-
namus, cum qui recta monent, per crudelitatem è me-
dio sublati sunt?

Esa. 5. Quod addit: Vnusquisque uenatur fratrem suum
ad perniciem. Idem est, quod Esa. 5. cap. dicit: Expe-
tit Dominus iudicium, & ecce oppresto. Injustiam
& ecce querela. Væ igitur uobis qui coniungitis do-
mum domui, & agrum agro, nec relinquitis pauperi-
locum, ut uos soli occupetis omnia. &c. Notat simul
tyrannidem & avaritiam grassantem inter impios.

Similitudo uenationis. Operosa res est uenatio, canes adhibentur ad uim
& retia ad dolum. Nec uenator se nudum fris obi-
cit, hastis, bombardis gladiis instrutus est. Hanc simi-
litudinem affer ad aulas Principum, insidiantum fa-
cilitatibus subditorum, ad mercaturam, ad alta que-
stuosa negotia, et inuenies miras artes, quibus omnibus
homines

homines hoc agunt, ut quam plurimum corradiant, etiam si alijs omnibus egendum & fame pereundū sit.

Malum manuum suarum, dicunt bonum.

Est hec quoq; magna peruersitas, quod mundus non solum excusat, sed etiam ornat peccata sua. De hac labrusca in utra Domini etiam Esaias queritur. Vx qui dicunt malum bonum, & bonum malum, qui ponunt tenebras in lucem, & lucem in tenebras, quicq; ponunt amarum in dulce, & dulce in amarum.

Fit autem hoc maxime in iis, quæ ad uerbum & ad Ecclesiam pertinent. Iudei cum Stephanum occidunt, neutquam uolunt uideri quod peccarint, sed etiam pietatis laudem inde querunt, quod occiderint eum, qui blasphemus fuerit in Mosen & Deum, Act. 6. Sicut Christus uaticinatus est. Putabant se Deo obsequiū n præstare, cum uos occiderint. Ioan. 15.

Sic Pontifices & Episcopi hodie, an non malum suarum manuum dicunt bonum, cum & sua defendunt ac stabiluent, ueram autem Euangeli doctrinam damnant, tanquam nocentissimam heresin? Manifesta autem flagitia quæ committunt, et si non possunt defendere, quasi sint benefacta, tamen uidemus eos in summa securitate, tanquam re bene acta, indulgere

Mundus ex-
cusat pec-
ta spiritua-
lia & politica.

Act. 6.

Ioan. 15.

Imptj malum
manuum sua-
ram dicunt
bonum.

318 COMMENT. IN PRO

Avaritia. cupiditatibus. Imprimis autem avaritia pulcherrimis coloribus pingitur, ut non uitijs, sed uirtutis loco sit & colatur. Ne quidem maxime insignes usurarij, usuras agnoscunt, sed eas quoq; defendunt, que ceteris excedunt. Sic malum manum suarum inipi dicunt bonum.

Vtius. Princeps petit, iudex munera accipit. Potens loquitur secundum prauitatem animæ suæ, & coniungunt studia.

Distributione hic propheta utitur, ut ostendat omnes ordines extremè corruptos & depravatos esse, qui tamen reliquos exemplo suo ad pietatem & honestatem debebant inuitare.

Principes. Principum est consulere suorum commodis, ut in pace rem parare & suos alere commode possint. At Principes cū perum, cogunt hoc, inquit, nostri Principes non faciunt, sed assidue postulant à subditis. Verum autem est quod Graci dī s. Reg. 21, cunt, τῶν ἀρχόντων δέκατοις ἀναγγεῖλον. Naboth cum uineam postulanti Abrahā negat, occiditur. Hoc Principum mores imitatur reliqua aula.

(Haschophet baschillum) Iudex propter retributi iniquus in dēx. tionem, hoc est, non administrat ius ex aequo, sed ex suo commodo. Danti & quis est, etiam si causa sit inferior. Non danti, est iniquus, etiam si causa uincat. Si. cut Eſaias quoq; hanc sententiam eleganter exponit. Iustis

Iustificant impium, inquit, propter munus. Iusticiam autem iustorum, auferunt ab eis. Cum haec sententia non pugnat, si (Baschillum) referas ad ipsum Princem, cuius tyrannidem iudex ideo adiuuat & defensit, quia sperat retributionem ab eo.

Tertius gradus est, priuatorum hominum, sed potentum & diuitum. Hi quales sunt? Loguntur, ait secundum prauitatem cordium suorum, hoc est, sequuntur cupiditates suas, omnia gerunt pro libidine sua, confisi opibus & potentia.

(Vae ab ethicha) Hoc resto in genere ad omnes istos tres ordines, est enim plurale, quod coniunctus studijs ad malitiam, vincunt & per rumpunt. Nam uerbum (Abath) significat intricare, condensare, & per metalepsin, quæ huic linguae communissima est, roborare, fortem facere. Sicut Proverbiū testatur. Funiculus triplex diffcilius rumpitur. Hinc à conne-
xione uocant (Aboth) funem densum & fortem.

Quod Hieronymus uertit. Secundum desiderium anime sue, sententiam magis quam uerba reddidit, quamquam sententia minus significans est. Nam uocabulum (Hauah) significat poenam & culpam. Sicut ^{Hauah,} cum Germanice dicimus, Nach unglück ringen, vnglück stifteten. Sic in Psalm. 91. ubi nostra translatio habet. A peste noxia, in Ebræo est (Mideber hauoth) à peste

à peste noxia, seu à re infelici. Sententia igitur est.
Qui opibus ualent, pleni sunt prauis cupiditibus,
his obsequuntur & indulgent libere.

Aularum ¹¹ _{ctiorum} vi de autem quam breuibus, & tamen mire signi-
ficantibus uerbis, descriptas ac proprijs coloribus de-
pietas habeas aulas omnium ferè principum. Quibus
unquam seculis auditum est, tanta onera imposita esse
subditis, tantum ut sumptuose edificare, splendide uel
stire, & magnam aulicorum turbam, ad fruges con-
sumendas, aptam & natam, possint alere. Hec enim
faciunt, ut nulli ordinarij reditus eis satis sint. Itaque
postea alijs quoq; magistri auariciae sunt, qui ius ad-
ministrare & publica officia Reip. necessaria admis-
trare debebant.

Vita magna ^{ga} _{rerump} Eadem magnarum rerump. uitia sunt. Nam
inter opes, omnia uitia liberrime grassantur. Putant
enim homines potentes, se unâ cum opibus, omnium
scelerum licentiam possidere. Hinc sunt illæ oppressio-
nes pauperum, immanes usuræ, adulteria, fornicatio-
nes, manifestus contemptus uerbi & ministrorum,
iniuriæ manifestæ, eæq; indignissimæ. Hæc itaq; sunt
illa foecunda semina, ex quibus postea uastitas & in-
terioris regnorum et rerump. enascitur. Nisi & consi-
cionatorum diligentia & Magistratus severa disci-
plina publicis his scandalis eatur obuiam.

Qui optimus inter eos est, est quasi
paliurus, & qui rectissimus est, est
quasi ueprenum.

Simile est quod Esaias dicit. Expectauit Dominus Es. 5.
ut uinea uvas ficeret, sed fecit labruscas. Alludit enim
propheta hic quoquia ad similitudinem de uinea. Q. d.
Debebant principes & ciues mei esse iucundae et sua-
ues uiae. Nam in hunc finem doceo, & ad poeniten-
tiam eos reuocare conor. Sed sunt spinae & uepres,
quorum omnis uita eiūmodi est, ut ubique pungant &
lacerent. Non solum enim exemplo nocent, sed iniurij
quoquia sunt in proximos.

Ad hunc modum, utitur similitudine hac Christus
Matth. 7. Num poterunt uiae colligi ex spinis, & si= Matth. 7.
cus de tribulis? Dauid in uerbis suis nouissimis. 2. Sa=
muel. 23. etiam hac figura utitur, sed respicit ad euen= tū. Præuaricatores, inquit, quasi spinae euellentur. 2. Sam. 23.
Propheta magis ad mores respicit, quod sicut spinae
pungunt, & tamen glaberrimam corticem habent. Ita
qui aliorum incommodis sua querunt commoda, &
in omnibus flagitijs licentissime uiuunt, tamen palliant
impietatem.

Cum uero dies speculatorum tuo-
rum, ac uisitationis tue adueniet, tunc
angentur animo.

Hic

Hic minatur etiam impijs Doctoribus, qui auctor
 impij Doctoris ^{res.} cle sue causa principibus adulabuntur. Non repres-
 hendeant uitia, non comminabuntur poenam peccas-
 tis. Sed se pijs propheticis etiam opponebant, quasi non
 essent illa euentura, quæ minati erant peccatoribus;
 Dicit igitur. Cum tales uestri mores sint, profecto non
 dorinitabit poena, & ultio diuina. Sed ueniet dies cum
 speculatores tui, hoc est, Episcopi & doctores, arguen-
 tur mendacij, & uos uisitabimini per Assyrium, &
 Babylonium, ac fiet tum, ut qui nunc uos consolantur,
 qui magnifica promittunt, quasi Deus ad peccata ne-
 stra, propter templum & cultum suum connive-
 re uelit, hi impliciti subitis terroribus & mals,
 quò se uertant nescient, hoc enim serè significat He-
 braeum uerbum.

Ne credatis amico, ne confidatis in
 principe. Ab ea quæ in sinu tuo in-
 cet, custodi ostium oris tui. Nam &
 filius in patrem contumeliosus est, &
 filia confurgit aduersus matrem suam,
 & nurus aduersus socrum suam. Et ini-
 mici cuiuslibet, domestici cius.

Hactenus querimonia prophete est de peruers-
 itate morum in toto populo, & scandalis magno
Natus

impetu in omnibus ordinibus grassantibus.

Nunc subiicit admonitionem admodum necessariam,
Hanc Hieronymus accommodat ad Pseudoprophe-
tas, quem Lyra sequitur. Glosa ordinaria inepte
accommodat ad diuersos prælatos in ecclesia, qui-
bus quidem honos deferendus, sed non fidendum
est. Qui Rabinos sequuntur, putant prophetam
politice loqui, contra perfidiam hominum. Sicut
anus apud Comicum dicit: Quid credas iam, aut
cui credas? Ac profecto non inutile illud Græco-
rum præceptum est, μέμνονται τις γυναῖκες. Tam e-
num altæ humanarum mentium sunt latebræ, tanta
ingeniorum & morum prauitas est, ut quid cui
credas nescias. Non inusitata exempla sunt. Sicut
etiam Hieronymus hoc in loco queritur, ubi filius
parenti, frater fratri insidiatus est. Nam ut poë-
ta inquit.

Non confi-
dandum in
homines.

Vivitur ex rapto, non hospes ab hospite tutus.

Non sacer à genero, fratribus concordia rara est.

Imminet exitio vir coniugis, illa mariti.

Lurida terribiles miscent aconita nouercæ.

Filius ante diem patrios, inquirit in annos.

Huiusmodi exempla cum non rara accidunt, recle-
mentur homines, ne temere quibusvis credant.

Ac mo-

Ac monet idem scriptura quoq; sed paulo alia ratio,
ne. Sic enim prohibet fiduciam in homines, ut fiducia

**Scriptura
damnit adu
ciam in ho
mines.** omnem habeamus positam in diuino auxilio, quod nā

potesi fallere. Hominum autem tum consilia, tum au-

**Hominum
conilita &
auxilia fallit
&c.** xilia fallunt. Imò etiam sæpe nocent. Sicut Esaias di-

cit: Aegyptios Iudeis fore tanquam arundinem, cui si

imitaris, frangitur, & sauctat brachium. Et omnes

gentium historiæ plene sunt exemplis, quæ ostendunt

**Fiducia in
homines.** eos qui fiducia humanorum auxiliorum, res nouas

moliti sunt, perisse. Est enim illa in homines fi-

dicia peccatum contra prim: m præceptum. Ego

sum Dominus Deus. Igitur certe poenæ eam con-

sequuntur.

Sicut igitur scriptura ubique hortatur ad fiduciam

in Deum, ita fiduciam in homines ubique damnat. Re-

**Non ubiq
et idem dum
thomistus.** linquit tamen fiduciam, ut sic appellem, œconomicam

& politicam. Charitas, inquit Paulus, non est suffi-

cax. Cum igitur mandatum sit, ut uiri diligent uxores

**Fiducia inter
coniuges.** suas, profecto debet longissime abesse à contingens,

uel diffidentia uel suspicio omnis. Sicut Salom. dicit.

Confidit in uxore cor uiri. Proverb. 31. hoc est. Non solù

credit ei administrationē rei familiaris, sed etiā se redi-

mari credit, et amore alienorū nō afficit. Hec fiducia

inter coniuges debet esse perpetua, nisi res aliud

ostendat.

Sic paterfamilias committit operas domesticas familiæ. Principis credit se diligi à suis. Viciſſim subditi credunt se principi suo charos & curæ esse. Hæc fiducia non ſolum alit amorem. Sed eſt unicum uinculum animorum, et negotiorum omnium. Itaq; neceſſaria eſt, & diuinitus precepta. Sed eſt ut dixi, fides economica & politica, quæ non tollere debet fiduciam in Dcūm. Quia autem fieri potest, ut alicubi fallamur, etiam orandus Deus eſt, ut hoc animorum uinculum conſeruet. Et ſimil diligentि inspectione & studio opus eſt, ſepe enim homines incurij negligentia ſua alijs dant occaſionem peccandi. Si paterfamilias non impiciat operas familiæ, & gubernet, nihil mirum eſt, si familia alicubi aut cefſet, aut deprauet alijs. Sic princeps ſuarum rerum curam ita mandabit alijs, ut tamē ipſe in parte aliqua administrationis ſit.

Sed quod ad preſentem locum attinet, non loquitur propheta de illa ciuili diſſidentia, qua propter perfidiam hominum, ut aliquando neceſſe eſt, ad grauiores res hec admonitio referenda eſt. Conqueſtus eſt, quo dneq; principes, nec iudices officium faciunt, de priuatorum quoq; cupiditatibus dixit: Nunc igitur hanc admonitionem ſubiecit, ne talibus ſcandalis pīj ſe quoq; ad impietatem patientur abduci. Magnum enim periculum eſt in illa ſcandalorum multitudine,

Fides politi-
ca.

Propheta 10
quicquid e ca-
uenis teat
datis e rum
qui prelants

dine sicut tot prophetarum conciones testantur. *Psalm. 133.* 125. dicit: Non relinquet dominus sceptrum impiorum super sortem iustorum, ne forte iusti quoq; extinxerint ad iniuriam manus suas.

Et Christus Matth. 18. grauiter monet, si manus tua, aut pes tuus te scandalizat, excinde eum et abiice. Melius est tibi, ut claudus & mancus ingrediatis uitam, quam ut ambas manus & pedes ambos habens proiecias in aeternum ignem. Eisi oculus tuus te scandalizat, exime eum & abiice, Melius enim tibi est, unoculo in uitam ingredi, quam duos oculos habentem proisci in gehennam ignis. Hoc est, non patiaris te a quoqua induci in scandalum, etiam si eo tam non videaris posse carere, quam oculo aut pedibus. Erue oculum, excinde pedem, & quacunq; rationes potes te libera, noli assentiri, &c.

Ad hunc modum propheta quoq; hoc in loco concios natur, ne amicorum, ne principis, ne deniq; nobis coniuncti simorum tantam rationem habeamus, ut eorum exemplis invitati a uerbo discedamus, aut contra uerbum faciamus: sunt enim homines, quicunque tandem sunt. Deo igitur potius gratificandum, & eius uerbum sequendum est: Is enim maior est homine, & ex calamitatibus, quas homines suuunt, eripere potest, ubi contra homines fallunt, & si non

HET. MICHAM. CAP. VII. 227

in pericula inuoluunt, tamen in periculis deserunt.

Ego autem ad dominum respiciam,
sperabo in deo salutis meæ: Et exau-
diet me deus meus.

Hic propheta exponit se, Quod enim supra di-
xit negatius, hoc nunc affirmatiue dicit, et transfert
rem in suam personam. Nolite, inquit, credere in ho-
mines, in deum credite, si seruari uultis, sicut ego fa-
cio. Sunt autem hec uerba plena fidei et consolatio-
nis, que ut rectius intelligi possint, in rem quasi pre-
sentem cogitatione insistamus.

Est hec ultima concio prophetæ, quem uidemus
maximo animo insectatum esse uia suorum temporum
et comminatum poenas. Nec id satis ei fuit: Etiam
rationem ostendit, emendandæ uitæ et placandæ iræ
dei. Cum itaq; uidet in pium mundum, neglectis comi-
minationibus et doctrina salutari, pergere in peccatis
duo facit que maxime sunt insignia. Primum non mo-
uetur scandalis impiæ multitudinis, sed manet firmus
in sententia sua, non mutaturus eam, si capienda ideo
in iunctu sint omnes homines. Hæc propheticæ et hereti-
cæ constantia in simili doctore imprimis est necessaria.
Sed alterum maius est quod cum in talibus mori-
bus non posset abesse longius poena et vindicta diui-
na, non tamen spem omnem abijcit, sed oculos in

deum reiicit, certus quod etiam si uniuersalis pena
tanquam diluuium grassatura sit, tamen deus norit
cripere & seruare suos, sicut Petrus quoq; dicit:

**Vastatio
germanica
imminens.** Nostrorum temporum plane eadem conditio est,
mundus sic inimergitur peccatis, ut non possit spera-
ri aliud, quam certa uastatio totius Germaniae. Hanc
enim meruerunt non solum idolatrie & blasphemie
tempore papatus, sed etiam augent eam contemptus
uerbi reuelati, ingratitudo, inobedientia, deniq; om-
nium uitiorum infinita licentia. Oportebit itaq; nos
quoq; prophetæ exemplum imitari. Primum ne dece-
pti scandalis, patiamur nos quoq; ad impietatem ab-
ripi. Cogitandum enim est singulis nobis, etiam si to-
tus mundus libidini, auaricia, crapula indulget,
nos tamen castos, beneficos & sobrios uelle uiuere.
Secundo ne prorsus abijciamus spem salutis, etiam si
hac hora ingruat Turca, & omnes calamitates.

Propheta excidium Hierosolymitanum non erat
uisurus, uaslationem regni Israël uidit, & fortasse
obsidionem Hierosolymitanam quoq; factam à San-
herib octavo anno post occupatum regnum Israël.
Pertinent igitur h.e eius uoces, ad ecclesiam tempore
re uaslationis futuram, ad illum pusillum piorum
gregem, qui calamitates illas uidit. Hunc docet ne abs-
iijciant spem salutis, sed ut leuent oculos ad dominum
qui est

P H E T A M M I C H A M C A P . V I I . 129

qui est deus salutis, & audit preces suorum. Brevia
verba, sed quæ ingens pondus grauiſſimarum rerum
secum trahunt. Non solum enim bellam antithesin
includunt, sed etiam doctrinam maximè necessariam
complectuntur.

D e u s s a l u t i s

Respiciam, seu spectabo ad dominum, inquit,
Non eos sequar qui respiciunt ad suam iusticiam, sa-
pientiam, potentiam, qui in aliorum hominum opi-
bus & amicitia confidunt. Nam omnia, quæ ab ho-
minibus præstari possunt, sunt fallacia. Oculos igitur
ad eum uertam, qui est deus omnipotens, de eius ma-
nu accipiam. Sicut hunc affectum eleganter pingit
Psalm. 133. Ad te leuaui oculos meos, qui habitas in Psalm. 123.
coelis. Ecce sicut oculi seruorum ad manus domino-
rum suorum. Sicut oculi ancillæ ad manus dominæ
sue. Ita oculi nostri ad dominum deum nostrum, do-
nec misereatur nostri. Singularis itaq; emphasis est in
vocabulo, ad dominum, opponit enim hunc omnibus
humanis præſidijs.

A d d o m i n u s
r e s p i c i a m

Secundo addit: Expectabo deum salutis meæ. Exspectabo
Magna fides, quod nominat deum salutis, qui uelit
& possit saluare. Addit autem disertæ meæ, Nam
hec dentum uera fides est, quæ sibi ipsi applicat misericordiam dei & salutem. Hunc deum, inquit, expro-
fabo. Cur hoc addit? Nimirum, ut ostendat, se et si de-

d e u m s a l u t i s
m e æ.

V e r a f i d e s

salute certus sit, tamen deo non prefixarum tempus
non modum, non media salutis. Hoc enim esset tentare
deum, quasi omisso hoc articulo temporis, posse
salus esset impossibilis, quasi tantum uno modo &
medio salus possit contingere. Ab hac tentatione qui
se liberare uolunt illi expectant, dum ipse deus oportuni-
tum tempus & modum definiat. Est enim adiutor
in oportunitate, sed oportunitatem definit ipse.

^{esperat deum}
^{deum uerum}
^{proces suas} Tertio dicit: Et audiet me deus meus. Vide
quoniam pertinaciter urgeat, se habere deum, quasi re-
liqua impia turba deum non habeat. Habent quidem
deum etiam impij, sed iratum, & Deum vindictam,
non salutis. Propheta autem gloriatur deo sub
salutis, & de suo Deo, qui non probet contemplatio-
rum uerbi impietatem.

Hic deus meus inquit, exaudiens me. Cur hoc? Ni-
mirum, quod dum tardat auxilium, Propheta ta-
men non cessabit orare, non desinet clamare pro au-
xilio. Hoc enim modo, si incessanter orauerimus, pro-
bamus deo fidem nostram, quod de salute eius nondum
desperemus. Probamus etiam deo patientiam no-
stram, quod mora illa non frangit animos nostros.
Est enim hec non rara tentatio, quod homines dum
expectant & petunt opem, et eam diffiri uident, pu-
tant aut deo non curae esse sua, aut oratione minus gra-
tia

nam. Itaq; desperatione quadam abiciunt orationem.

Sed propheta expectans, et adhuc sperans salutem, etiam hoc pertinaciter sperat Deum auditurum: Ergo ostendit se de oratione nihil remittere, sed eam, fiducia salutis impetranda, de die in diem urgere. Si-
cūt Christus docet in parabola illa de iniquo iudice, LUC. 18. 32.
Et de vicino improbus flagitante panem. Huiusmo-
di tum precepta, tum exempla nobis in omnibus pe-
riculis debent esse ob oculos, ut excitemus ipsi quoque
ad pertinacem spem, etiam tum ubi simpliciter despe-
randum esse uidetur.

Ne læteris inimica mea super me,
quod cecidi, surgam. Et si sedero in te-
nebris, dominus lux mihi est.

Fecit propheta officium suum, quod attinet ad sea-
curos et impenitentes peccatores. Nam et repre-
hendit peccata et communatus est gravissimas poenas
Ac ne quid intermitteret, uiam quoq; ostendit, qua
possint reconciliari Domino. Si non indulgeant scandalis, sed sequantur uerbum, et respiciant ad Deum.
Postquam autem uidet, nihil a se profici, dimitit eos
secundum desideria cordium suorum. Nam apud ta-
les nihil est reliquum, quam ut experiantur uera
esse, quae ridebant, cum ex propheta audirent uen-
tura esse.

Vertitur igitur iam ad alteram partem, ad pios, qui admoniti concionibus prophetæ, & agnoscabant peccata, & poenitentiam agebant, & tamen committent calamitatem, certo Dei consilio cogebantur simul ferre. Consolatur autem hos pulcherrime, & promittit futurum, ut non solum hostes crudelitatis sue satis graues penas luant. Sed ut etiam redificetur Ierusalem, & longè splendidior fiat, quam unquam fuit. Nam cum hactenus inimicos habuerit omnes vicinos futurum posthac, ut omnibus dominatura, & hostes eius omni genere honoris eam prosecuturi sint. Deum quoq; longè clariora fauoris sui signa esse editurum, quam illa in Aegypto fuere. Tota autem hæc consolatio referenda est ad spirituale regnum Christi per Euangelium.

Initio apostrophe est ad Assyrios & Babylonios, per quos diuersis temporibus populus Israël grauiissime afflictus est. Nam hi regnum Iuda, illi decentibus Israël uastarunt & captiuos abduxerunt. His uitiorijs barbaræ & impiæ gentes non potuerunt non ^{Impiorum securitas} Esa. 37. effterri. Sicut uidemus in Rabsace apud Esaiam, & Dan. 5, Belsazer apud Daniellem. Vterq; enim in solecit uitioria & blasphemat Deum cœli. Laudant sua idola tanquam largitores tanti successus, Deum autem Israël contemnunt, & rident tanquam Deum imbellem qui

qui non potuerit suos liberare. Sicut hic dicunt: Vbi est Deus tuus? Hæc impiorum summa securitas, piorum calamitatem etiam auget, ut & videantur sibi penitus à Deo deserti, & nullam salutis spem existiment esse reliquam. Hec enim perpetua carnis no-

Natura car-
nista

stre est natura, nisi gubernetur uerbo Dei & spiritu sancto, ut letis rebus insolescat et aduersis frangatur.

Propheta igitur, ac si in re præsenti esset, & suorum pusillanimitatem, & aduersariorum insolentiam uidet. Monet igitur hos, ne efferantur in illa calamitate populi sui. Ac addit causas, futurum, scilicet, ut lapsi iterum resurgent. Pertinet autem hoc eò, ut suum populum in spem salutis erigat & labantes animos confirmet. Ideò inquit: Ne lateris inimica mea super me, quod cecidi. Videt humanitatis esse, ut occurramus lapsis, & eos uel erigamus, si possumus, uel saltē comoueamur eorū calamitatibus ad misericordiā.

Sed hæc Ecclesiæ perpetua fortuna est, ut calamitatibus eius nemo moveatur, sed ut inimici, calamitatis in Ecclesiæ calx
pij non acciuntur.

tem calamitati addant, nec ulla suppliciorum acerbitate exaturari possint. Ad hunc modum Christus, Ecclesiæ caput, in cruce uidit exultantem gaudio synagogam, & insultantem moribundo. Sed fuit hæc impiorum letitia & risus breuiissimi temporis. Vix in sepulchrum positus erat Christus, ac iam exaturata

crudelitas hostium eius quietura uidebatur, ibi nouus
 & inusitatus metus eos inuadit, ut etiam mortuum &
 dauer metuant, & Christus tertia die resurgens ad in-
 firmissimum mendacij praesidiū eos cogit. Sunt enim rei
 surrectionis Christi nuntii & testes, illi ipsi hostes
 Christi. Ad hunc modum Prophetæ quoq; hic conso-
 latur suos, qui oppressi graui calamitate iacebāt, atq;
 ideo etiam trepidabant animo, ubi contra inimici le-
 tabantur. Surgetis, inquit, mira profectio & penè in-
 credibilis vox, ijs, qui se ita lapsos uidebant, ut nulla
 humana uiderentur erigi posse. Maxima pars populi
 bello absumpta, reliqui captiuui abducti erant. Praefis-
 niebatur à Ieremias captiuitatis tempus penè infini-
 tum, anni septuaginta, paucissimi enim qui Hierosolym-
 mam uiderant, redierunt in terram Canaan. Alia mul-
 titudo, in Babylone, inter gentes, sine patrijs ceremo-
 nijs & ritibus educati sunt. Itaq; omnes in gentilitate
 uidebantur degeneraturi, inter tot & tanta im-
 piarum gentium scandala. Et tamen prophetæ certam
 spem incolumentis populo promittit, cum dicit: Sur-
 gam. Nec falsus est, nam regnum Iuda reductum est in
 Dan. 9. terram suam, muri Ierusalem, quanquam in angustia
 temporis, ut Daniel loquitur, reædificati sunt. Donec
 tandem Christus uenit, & per prædicationem Evan-
 gelij etiam decem tribus Israël surrexerunt, & cum
 uera

Ver. a Ecclesia fidelium consociatae sunt.

Sed maxime insigne est, quod propheta addit: Si sedero in tenebris, Dominus est mihi lux. Potest enim propheta obiicit, In longinquum tempus est, quod promittit Variè interim affligeniur omnes, multi autem morte preuentientur. De his quid fieri? Profecto promissiones haec eis nihil proderunt, post tam longum tempus secuturæ Respondet itaque. Calamitates istas, & mortem quoque esse ceu horribiles tenebras. Sed luce in tenebris.

Illustrari tamen eas spirituali & æterna luce: nempe ab ipso Deo, cuius verbum tanquam lucerna in caliginoso loco prælucet, ne calamitatibus fatigati frangatur, & despondeamus animum.

2. Pet. 1.

Hec illa insignis consolatio est, qua uincenda sunt omnia incommoda corporalia, etiam mors ipsa. Quid enim est, detineri morbo incurabili & quotidiana quasi morte absumi? Quid est captiuum esse Turcæ? Quid est egere, & premi inopia? Quid labore alijs incommidis siue economicis, siue politicis? Nonne omnia haec sunt temporalia, & conditionem hanc perpetuam secum afferrunt. Quod aliquando necesse sit ea mutari, saltem tum, cum uita mutanda est? Sunt igitur, ut propheta appellat, tenebrae, & quidem horribiles, quas omnes naturaliter fugimus & auersamur. Caro enim non potest non abhorrere ista incommoda.

Victoriz omniū incommodorum, &c.

Sed

Sed respice in uerbum, ad hanc lucem spiritualem,
 de quo propheta hic loquitur, & senties uinci tene-
 bras illo lumine, ex quo hi radij consolationum orium
 Consolatio
 uerbi est lux
 in tenebris tur. Pater filium quem diligit, castigat. Corripitur à
 Domino, ne cum hoc mundo damnemur. Non sunt di-
 gna passiones huius temporis gloria, quae reuelabitur
 in nos; Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati
 estis, & ego reficiam uos. Nolo mortiem peccatoris,
 sed ut conuertatur & uiuat. Linum fumigans non ex-
 tinguet. Cor humiliatum & contritum Deus non de-
 spicies. Qui relinquit propter me patrem et matrem,
 centuplum inueniet. Qui uitam propter me amittit,
 inueniet, &c. Sunt enim infinitæ huiusmodi sententiae
 in concionibus Prophetarum, Apostolorum, &
 Christi, que in ipso sensu calamitatis pijs prelue-
 cent, ne desperent, hoc est, illustrant tenebras cati-
 ni intollerabiles.

Neq; uero impedit, quod calamitates illæ sunt poena
 Calamitates peccatorum. Nam propheta statim peccatum in sua
 quas peccata meruerunt & sanctorū persona profitetur ac agnoscit. Hoc solle-
 pñ si nñ sñ-
 gna gracie. restat, ut tu quoq; peccata tua agnoscas, & in ijs non
 pergas obstinate. Castigat pater quoq; filium propter
 peccata, & tamen ipsa castigatio est signum paterni
 Cor. ii. animi. Sic Paulus dicit. Corripi nos à Domino, ne cù
 hoc mundo damnemur. Fiunt igitur etiam ille calamiti-
 tates,

tates, quas propter peccatum infligit deus, p̄ ijs seu poe-
nitentibus, certa signa gratiae Dei, & uera sacramen-
ta, sicut epistola ad Hebræos hunc ipsum locum pul-
cherrime explicat cap. 12. Fiunt etiam exercitia fidei.
Fiunt opera obedientiae erga Deum, & habent pro-
missionem compensationum æternarum. In hanc igi-
tur lucem nos quoq; intueamur oculis & animo, &
sicut Paulus dicit, ut etiam gloriemur in tri- Rom. 5.
bulationibus. Scientes quod tribulatio patientiam,
patientia probationem, probatio spem efficit.
Spes autem non confundit. Scimus enim per spiritum
sanctum, qui nobis datus est, nos à Deo diligi, & gra-
tiam tanquam diluvium inundare in nos.

Iram Domini feram, quia peccauī
ei, donec iudicauerit causam meam, fe-
ceritq; meum iudicium, Educet enim
me in lucem, & cum gaudio uidebo iu-
sticiam eius.

Hic clarius exponit, quod supra de tenebris &
lace dixit. Ac initio est insignis confessio. Agnoscit
illam calamitatem proficii ex ira, & quidem ex ira
domini. Deinde nihil dissimulans addit causam: Quia
peccauī Domino, ideo plector.

Continet igitur hic locus doctrinam longe utilissi-
mam, ut nos quoq; in calamitatibus non tantum mu-
lierum

lierum more, querulemur, & eiulemus. Sed attollamus oculos & circumspiciamus de causa calamitatem. Tunc enim fiet, ut non solum statuimus nos leuius puniri, quam pro merito, & ideò simus patenteriores & animo magis presenti. Sed etiam desinamus peccare, & uiuamus in timore Domini, quæ uera poenitentia est.

Doctrina poenitentiae. Complectitur igitur locus hic grauiissimam doctrinam de poenitentia. Quia enim diserte dicitur am domini feram, quia peccavi ei. Profecto hoc significat quoniam peccatum futurum, ut semper peccatum consequantur suæ poene. Hoc si statutum habeat adulterius, auarus, usurarius, impius uerbi & ministrorum contemptor, num putas adeò secure peccatores esse? Diversum credunt, Nam cum uident, quod homines possint honesta specie falli, etiam Deum se fallere posse confidunt. Putant Deum tanquam cupidinem clausis oculis inter homines, sine sensu, sine cura aliqua humanarum rerum uolitare. Ideò tam secure peccant, sine ullo metu paenitentiae, donec post longum spacium, quod Deus ex thesauro bonitatis sue dat ad poenitentiam, poenatores arripit, ibi in horribilem & tragice, seu desperatione incident. Sicut exempla ante oculos sunt, ubi in levissimis incommodis, mirabilis animorum consolatio sentitur.

Necessaria

PHE TAM MICHAM. CAP. VII. 239

Necessaria igitur hæc doctrina est, ut in omnibus calamitatibus & periculis prophetæ exemplum imitemur, ac respiciamus ad causam mali, & fateamur peccata nostra talium incommodorum non occasionem tantum, sed ueram causam esse. Ita fiet, ut cum propheta humili, & tamen forti & constanti corde dicamus. Feram iram Domini. Vbi è contra mundus, in summa impatientia, aut desperat, aut circumspicit ad illicita præsidia hominum & dæmonum.

Ridiculum uideri potest, quod Basilus in Epist. quadam ubi de matris morte quæritur, addit hoc accidisse propter peccata sua.

Sed profecto qui etiam leuisima incommoda ex hoc fonte enasci sentit, non errat, sed pulchre uiuit in timore Domini.

Nec dissimilis doctrina proponitur in Psalmo 116. Psalm. 116.
Primum quæritur se affligi, ac libere fatetur omnem Credidi.
hominem esse mendacem, hoc est, omnes homines coram Deo esse peccatores & iuste puniri. Postea ad-
dit: Calicem salutaris accipiam, & nomen Domini
inuocabo, hoc est, patienter feram poenam, prebebo
me castigandum, et simul inuocabo nomen Domini,
tāquam qui iterū sit liberatus. Et sicut infra Micha
dicet: Cuius ira non æterna, sed momentanea sit. Hæc
enim spes pertinaciter retinenda est: nam qui hanc

ſpem

spem amittunt, non possunt Deum habere pro patre,
sed pro tyranno habent, tanquam qui in aeternu*m* ira-
scatur, nec illum ueniæ locum relinquat.

Pulcherrime autem hanc spem propheta hoc in
loco expressit. Feram, inquit, iram Domini, sed non in
aeternum, eousq; tantum eam feram, dum Dominus iu-
dicauerit causam meam et iudicium fecerit.

Hæc obsecro quomodo conueniunt? Nam &
peccatorem se esse confessus est, & propter peccata
ferre iram Dei. Et tamen dicit: Deum iudicaturum
causam suam. At quam causam? quod iudiciū? Quid
peccatori præter poenam debetur?

Hoc quidem uerum est, si legem sequaris. Sed pro-
pheta habet aliud lumen quod sequitur. Videl eccle-
siam non solum admixtam in hac uita malis, sed etiā
ipsam ecclesiam per infirmitatem uarie labi. Hoc igit
tur est iudicium, quod Deus facit, & hæc est causa
cum paucis, quam agit, quod et ingratum mundum putat prome-
rito, et etiam ecclesiam suam inuoluit communibus pe-
riculis, ut correpta à Domino, agnoscat peccatum,
precetur ueniam, uiuat in timore Dei, resistat carni,
et non indulget peccato. Hæc cum Dominus per po-
nas corporales efficit, sicut mitis pater, iterum bla-
ditur filiis, iterum eos complectitur. Hæc est illa cōten-
tio et iudicium hoc, affligere, scilicet non ut perdat,
sed ut

PHETAM MICHAM. CAP. VII. 24.^a
sed ut peccatum in nobis puniat & perdat : Nos au-
tem saluet & iterum consoletur.

Sic ecclesia his nouissimis temporibus uarijs ca-
lamitatibus est oppressa . Nam & pontifices perse-
quuntur doctrinam, & defensam uolunt ueterem id= Ecclesiae op-
pressio no-
stro tempore
latram, & Turca immaniter sauit, idque cum magno
successu. Hic igitur prophetae exemplo iram dei ag-
noscere , & fati peccata nostra debemus : Et simul
retinere hanc spem , quod dominus dum afflitit nos,
iudicat iudicium nostrum & agit causam nostram ,
ut scilicet reuocet ad poenitentiam per hoc flagellum ,
& poenitentes tandem liberet & saluet, Turcam au-
tem suo tempore perdat ac dammnet.

Sicut propheta hic dicit: Educet me in lucem, hoc
est, iterum consolabitur populum captiuum & op-
pressum, Et uidebo iusticiam eius, hoc est, cum gau-
dio uidebo eius iusticiam, qua iustificat agnoscentes
peccata, & sperantes in misericordia eius. Hec enim
particula explicat, quod supra de iudicio dixit: ut in-
telligas tale iudicium, quod cum iusticia dei , hoc est ,
cum remissione peccatorum coniunctum est , quod
deus agnoscensibus peccatum, & patienter toleran-
tibus poenas meritas, uult ignoscere, uult eorum mife-
ri, & eis salutem ferre.

Videbit inimica mea, et operiet eam

confusio, quæ dicebat mihi, ubi est dominus deus tuus? Oculi mei cū gaudio aspicient eam: Tunc enim concubabitur, sicut lutum platearum.

Raah Nota emphasis est in uerbo (Raah) significat enim cū singulari cura et cogitatione aliquid intueri, porro hic locus ostendit, quod deus eosq; finit inuidescere tentationes, ut impij existimant ecclesiam non solum sine deo esse, sed prorsus à deo abiectam esse: Sed cum ad hoc punctum tanquam ad æxuny tentationis uentum est, tum retinenda est spes, futurum, ut qui nunc concubant, iterum concubentur. Hæc consolatio etiam ad alias tentationes spirituales peccati & mortis transfrenda est: Nam fidem & misericordiam dei necesse est uincere, etiam in media morte.

Sed quid ad hoc dicemus? Propheta supra gentes accusauit, quod in ista calamitate populi Iudaici, gauderent. Nunc autem quod in gentibus damnauit, ipse se facturum dicit: scilicet, cum gaudio interitum & concubationem Babyloniorum spectaturum. Hoc potius decebat etiam illorum calamitate affici, & cont dolere, non insultare afflictis, non gaudere in eorum calamitatibus, &c.

Duplex pcc-
ccatum ho-
stu ecclesiæ. Respondeo, duplex hostium ecclesiæ peccatum est peccant enim non tantum in secundam tabulam, dum crudeliter

PHETAM MICHAM. CAP.VII. 143

crudelius tractant populum dei, sed etiā in primam.
 Nam odio dei & ueri cultus sic sœuiunt in populum
 dei. H̄i cum diuinitus rapiuntur ad supplicium, non
 solum liberatur ecclesia, sed etiam prohibentur blas-
 phemie, datur facultas exercendi uerbi & cultus dei.
 H̄ec an non digna gaudio, & uotis omnibus postu-
 landa sunt? Sicut etiam oratio dominica iubet roga-
 ri sanctificationem nominis dei. Ea autem semper
 coniuncta est, cum interitu blasphemantium & per-
 sequentium ecclesiam & uerbum dei. Non igitur sim-
 pli citer gaudent Sancti in interitu impiorum, mal=
 lent eos credere & seruari: Sed cum id non uolunt,
 gaudent & laetantur, quod dominus impiorum co=
 natibus resistit, quod uerbum & cultum suum non si-
 nit penitus opprimi, et si laborare ad tempus finit.

H̄ec erit dies, in qua ædificabuntur
 maceriae tuæ.

Quomodo Hieronymus hunc locum exponat nos-
 tum est, coniungit eum cum superioribus & trans=
 fert ad uastationem regni Babel per Medos & Per=
 sas. Sed longè alia prophetæ sententia est. Absol-
 uit illas consolationes de regno corporali, quod po-
 pulus sit reducendus, & gentes uastandæ, quæ eum
 tenuerunt captiuum.

Nunc ad ea pergit, quæ corporalē restitutionē re-

**Aedificatio
maceriarum.** gni Iuda secuta sunt, quod scilicet Christus tum reue-
landus sit in carne, & allaturus nouum doctrinæ ge-
nus, de gratuita remissione peccatorum, hæc dies, in-
quit, cum ueniet, erit dies ædificandarum tuarum ma-
ceriarum, ibi enim primum firmabitur solium regni
Dauid, non eius quod in terra est, & sicut alia regna
mundi, dissoluetur, sed spirituale & æternum: nempe
regnum remissionis peccatorum & uitæ æterne.

In die illa longe propagabitur præ-
ceptum.

**Aedificatio
Ierusalem.** Hic exponit ædificationem de qua dixit: quod
Ierusalem sic ædificabitur, ut propagetur in longius
quas terras præceptum. Est enim hic uocabulum
Psalm. 2. (Kok) quod in secundo psalmo, plane in eadem signifi-
catione usurpatur, ubi de regno Christi cōcionatur
propheta, et dicit: Quod Christus prædicabit præce-
ptum: nempe hoc, dominus dixit ad me: Filius meus es
tu. Hæc enim euangelij uox est, quod Iesus, ex Maria
uirgine natus, sit filius dei, in quo patri complacuit,
ut omnis, qui in eum credit non pereat, sed habeat li-
tam æternam.

Hoc præceptum domini, seu doctrina hæc, in Ies-
rusalem & monte Zion incepit quidem, sicut supra
quoq; dictum est: Sed ibi non restitit, euulgatum enim
est in totum orbiem terrarum, & hæc ipsa euulgatio
fuit

P H E T A M M I C H A M C A P . V I I . 243

suit uera ædificatio ciuitatis Ierusalem, hoc est, regni Christi. Nam sic Christo magnum & infinitum regnum paratum est per uerbum Euangeliij. Sicut propheta etiam hoc ipsum clarius iam exponit, ut nihil opus sit peregrinas & ineptas sententias comminisci.

Sed hic etiam antithesis obseruanda est. Non dicit de precepto Moysi, quod id uulgandum sit in gentes, quod gentes circumcidenda, ad sacra legalia & alios ritus adigendæ sint. Nam præceptum id mansit tantum in populo Dei. Sed hoc præceptum de filio audiendo, adorando, osculando, hoc dicit longè propa= Psalm. 2. gatum iri, à mari ad mare, à flumine, usq; ad terminos terræ. Sicut etiā Christus hanc ipsam ob causam com Math. 13 parat Euangelium fermento, quod totum mundum fit peruersurum. Item, fulmini, quod subito ab oriente in Matth. 24 occidentē fertur, nec potest ulla humana ui impediri.

In die illa usq; ad te ibitur ab Assur & ciuitatibus munitis, & à munitione usq; ad flumen, & à mari ad mare, & à monte ad montem.

Omitto nugas illas, an (Mazor) sicut septuaginta reddiderunt, sint due uoces, & significetur Tyrus, An sit una uox & significet munitionem. Retinet enim hic propheta usitatam phrasin, qua etiam alijs prophetæ usi sunt, cum de regno Christi loquuntur.

Sicut Psalmus 72. Dominabitur à mari usq; ad māre, & à flumine usq; ad terminos terræ. Hunc locum quis non uidet Micham uoluisse imitari, Sicut Zadchariam quoq; cap. 9. Loquetur pacem ad gentes, & dominium eius à mari usq; ad mare, & à flumine usq; ad terminos terræ. Nihil igitur hic opus est diffundare, quæ sint flumina, qui montes, quæ ciuitates munera, de quibus propheta loquitur. Nam in genere & simpliciter hoc uult, quod uerbum euangelij propagetur in totum orbem terrarum.

Erit autem terra in desolationem propter habitatores suos, & propter fructum studiorum suorum.

Vide singularem diligentiam spiritus sancti, videt quæ sint futurae cogitationes impiæ synagoge, Abolitio regni & populi legis. quod speratura sit regnum corporale, & uerbum euangelij neglectura. Huic errori qui regnum Christi non solum obscurat, sed simpliciter tollit, uult spiritus sanctus hoc in loco mederi. Ideò addit de terra Iudeorum, quod erit in desolationem, hoc est, quod corporale regnum una cum sacerdotio & cultu legali totum destruetur ac uastabitur.

^{Christi regnum spiritualia} Igitur quæ de ædificatione maceriarum dixit, neutquam referenda sunt ad illam corporalem Ierusalem, sed simpliciter ad regnum Christi, quod est spiritualis

rituale, & ædificatur per uerbum euangelij. Hanc sententiam nisi sequaris, propheta sibi ipsi contradice re uidebitur. Quomodo enim conuenit, ædificari Ierusalem, & totam terram uastari? Sic autem non prouenant hæc, si de ædificatione spirituali intelligas.

Sed unde hæc ira est? Nimirum propter habitatores terræ, & propter fructum studij eorum. Hic brevibus uerbis complectitur illam pœnitentiæ doctrinā, quam omnes prophetæ tractant. Mundus securissimus Mundi securi
tatis est in omnibus peccatis, maxime tamen in peccatis, contra primā tabulā. Nam ea defendit & urget tanq; iusticiā. Quis enim Monachus est, qui putet se peccare, cū sacrificat, cū ieunat, cū orat? Et tamen sententia uera est: Quicquid non ex fide est, peccatum est. Dū autem Monachus suo more sacrificat, ieunat, orat, impossibile Rom. 14. est ut credat, quia uerbum nullum habet, quo iubetur ista hoc modo facere.

Peccata autem contra secundam tabulam, et si non possunt semper ab impijs excusari, tamen uidemus augeri securiatem, quia non statim ea punit deus. Itaq; auarus pergit in auaricia et cumulat opes, quacunq; occasione, scortator indulget libidini, &c.

Sed quis tandem horum studiorū erit finis? Nimirū, quem propheta hic indicat, desolabitur terra propter habitatores suos, & propter fructum studiorum

fuorum. Studia sunt mala, ideo etiam enascuntur fructus mali. Hic autem finis erit, ut arbor tandem excidatur & tradatur igni. Haec generalis regula est, proposita omnibus, qui non penitent.

Pasce populum tuum in uirga tua, gregem hereditatis tuae, qui solus moratur in sylua, in medio campi. Passantur in Basan & Gilead, iuxta dies pristinos.

Haec particula est quasi oratio Ecclesiae credentis Euangeli, & uidentis illam ruinam synagogae.

Porro singula uerba diligenter pensanda sunt. Magnum est, quod Ecclesia Euangeli credens, se uocat populum Dei. Hoc enim synagogae habet nomen, quæ habuit legem diuinitus traditam, circumcisio[n]em, sacrificia, templum, prophetas, patres. Hec satis illustria testimonia fuere, quibus Deus testatus est, hunc populum ad se pertinere. Quid simile habet Ecclesia collecta ex reliquijs Iudeorum & gentibus? quæ etiam à lege discedit. Atq[ue] haec quoq[ue] causa fuit, cur synagoga tanto conatu se opponeret Evangelio.

Si igitur externam speciem sequaris, synagoga maiora testimonia et plura habuit, quam ecclesia noui testamenti. Hic enim non templū, non circumcisionem, signum

Signum corpori impressum, non magnificos cultus uides. Itaq; ipsa Ecclesia credentium hoc loco fatetur, se habitare solam in campo sylue, ubi synagoga seu in cultissimo horto & munitissima urbe habitauit. Nam quae habet, sine omni specie sunt. Remissio peccatorum & uita eterna proponuntur, sed in uerbo tantum. Huius promissionis signum est, baptismus, quo cutis abluitur. Item, Coena Domini, spectacula uere ridicula gentibus & Iudeis, imo etiam Papistis. Nam his parum uisum est baptizari aqua. Ideo ex cogitarunt alium baptismum splendidiorem: nempe, uota monachorum. Abiurarunt coniugium, non cibo, non uestitu, non alijs rebus communi modo usi sunt. Atq; eas putauerunt magnificas & populo Dei dignas notas, quas qui habuerunt, eos spirituales & Dei populum uocarunt.

Sed miseri & bis coeci homines, non uident Ecclesiam & populum Christi esse spirituale regnum. Itaq; non habet externas notas, nisi ualde contemptibiles, scilicet, uerbum remissionis peccatorum. Baptismum in mortem Christi, & coenam Domini. Quæcum intuentur gentes, Iudei & Papistæ, leuia ducunt. Non enim considerant in qua re nitantur ista, nempe in sanguine filij Dei.

Ecclesiæ hab.
baptatio.

Notæ uere
is celestie, sunt
contemptibiles in specie,

Papistæ alias
Ecclesiæ no-
tus addiderunt

Eccl. note no-
te in spiritu et
uisa prestan-
tissime.

Ecclesia autem hoc considerat, & hunc thesau-

Esa. 9. tum agnoscit. Videt sibi filium Dei datum & nra
rum agnoscit. Videt sibi filium Dei datum & nra
cruce propter nos occisum, ut nos uiueremus. Agno-
scit ipsum uerbum Euangeli. Baptismum, & cœ-
nam Domini, sanguine filij Dei signata. Ideò uerē se
iactat populum Dei.

Confer enim huc legem, circumcisionem, sacri-
ficia, templum, terram Canaan, & alia omnia, qua po-
pulus ille habuit, & de quibus magnificè est gloria-
tus. Ea quid obsecro sunt ad sanguinem filij Dei? Por-
rò si hæc, que Deo mandante instituta & facta sunt,
non merentur hoc conferri. Vbi quoque manebūt uota
monachorum, impurus coelibatus, & alia id genus,
que ab hominibus conficta, à Deo autem nusquam
nec mandata, nec approbata sunt?

Populus Ergo cum propheta definimus Ecclesiam seu po-
Dei quis. pulum Dei, non carnalem Israël, ornatum circumci-
sione, donatum terra Canaan, institutum ceremonijs
& legibus à Deo. Si enim ita definies populum Dei,
cogeris excludere omnes patres, qui fuerunt ante cir-
cumcisionem: fuerunt enim hæc ornamenta externi
regni. Sed populus Dei est & semper fuit, qui credi-
dit in promissum semen. Itaq; semper extiterunt in
Ecclesia promissiones de semine, & postquam exhibi-
bitū est semen illud, commendatur nobis non tantum
per

per uerbum, sed etiam per baptismum & cenam Domini, quae utraq; instituta sunt, ut sciantur filium Dei nobis datum et pro nobis in cruce oblatum esse, &c. Sicut etiam ante exhibitionem seminis huius, fuerunt sacrificia, typi huius sacrificij, per filium Dei celebrandi.

Hæc definitio populi Dei uera & certa est, quare certum iudicium inde sumi potest. Vbi cunq; enim non est sanguis filij Dei, seu fides in semen promissum, ibi non est populus Dei, licet sit ibi lex, sacrificia, boni mores, potentia, successus, & quicquid ab hominibus optari, aut prædicari potest.

Sicut autem Ecclesia credentium, synagogæ eripit nomen & titulum populi Dei, & se uocat populum Dei. Ita etiam eripit synagogæ magnificum nomen, hereditatis Dei, & se uocat gregem hereditatis Dei. Habuerat haec tenus hunc titulum synagoga: solum enim hunc populum delegerat Dominus, in quo habitaret, cum quo loqueretur, quem defenderet, in quo nasceretur Christus. Sed cum Christum & Euangelium eius nollet complecti, repudiatur synagoga, & affumitur in hereditatem Ecclesia credentium, sicut in secundo Psalmo David loquitur: Postulat à me Psalm. 2. & dabo tibi gentes hereditatem tuam. Q. d. Parum Christo est, ut habeat Iudeos fastidientes Euangelium totius mundi oportet eum esse Dominum.

Quod

Differētia re-
gni Christi et
mundi.

Quod igitur ad hunc locum attinet, ecclesia que se agnoscit populum & gregem hereditatis Christi esse, orat, ut uelit pascere, idq[ue] in uirga sua. Hic pri-
mum alia conditio huius regis ostenditur, quām est re-
gum mundi. Hi enim dominantur, & fruuntur subdi-
torum laboribus. At Christus, sicut pastor, suorum
subditorum curam gerit, ponit animam suam pro eis.
Non fugit lupum, ut mercenarij, sed se obijcit lupo, ut
paretur securitas ouibus.

Psalm. 23. Diserte autem dicit: Pasce in tua uirga. Est enim
Aliam uirgā
quam Moī
p. tūz.

hic uocabulum (Schebet) quod est in Psalm. 23. Vir-
ga tua & baculus tuus, ipsa me consolata sunt. Non
igitur uult uirgam Mosi, quae aberrantes oves casti-
gat. Sed qua monstratur pabulum, & arcentur lupi.
Videt enim ecclesia sibi perpetuo presidio uerbi esse
opus contra Satanam & eius membra. Nec contra
spirituales nequicias & insidias aliud remedium est,
quām uirga Pastoris, hoc est, Verbum euangelij, quod
ostendit principem mundi esse iudicatum.

Ecclesia cin-
sta hostibus.

Hoc periculum pulchre indicat propheta, cum
dicit. Hunc gregem solum habitare in sylua, ubi ma-
gna copia immanium ferarum est, & ideo maius gre-
gis periculum est. Significat enim ecclesiam undique
cinctam hostibus. Sicut Christus dicit: Ecce ego mit-
to uos, sicut oves in medio luporum. Non tamē in hoc
pericula

periculo defunt consolationes uerbi. Ideò dicit syluam esse in Carmelo, loco fertili.

Huc pertinet, quod addit: pascantur in Basan & Balsani. Gilead. Fuerunt hæc fertilia pascua in regno Israël. Gilead. Voluit autem propheta teste etiam hoc ostendere. Reditur as ad regnum Christi etiam reliquias regni Israël. Libenter autem utuntur prophetæ, cum de regno Christi loquuntur, similitudine prioris regni, quod typus fuit futuri. Sicut paulò post Micha etiam utitur similitudine exitus de Aegypto. Sed non ideo hæc de corporali restitutione accipienda sunt, sicut Hieronymus & post eum Lyra facit. Allegorica hæc sunt & significant magnam copiam doctorum & uerbi. Hæc sunt illa lœta pascua Basan & Gilead in hoc regno, quæ oues Christi desiderant & petunt.

Ostendā ei mirabilia, sicut in diebus exitus de terra Aegypti.

Oratio est exaudita. Promittit enim se etiam huius populi curam habiturum, sicut illius ueteris.

Lyra hæc refert ad populum reductum ex captiuitate, sicut Iudæi quoq;. Sed quis non uidet populum legis post captiuitatem nihil istarum gloriarum & miraculorum uidisse, quæ uidit primus Israël in Aegypto. Itaq; Daniel promittit quidem muros Ierusalem edificandos, sed in angustia temporis, hoc est, nō sine magnis

magnis periculis & aduersitatibus.

Liberatio
nouo testa-
menti preclা-
rior quam
illa in veteri
testamento.

Quod igitur Dominus dicit. Ostendam ei mira-
bilia, sicut cum ex Aegypto egrederetur. Profectio no-
potest intelligi de populo legis, & corporali regno.
Ad Christi regnum hec pertinent, per quem liberal-
tio longe præstantior & melior facta est, quam illa in
Aegypto fuit. Non enim liberauit ecclesiam suam
Christus à tyrannide hominum. A morte, peccato, &
tyrannide diaboli liberauit. Hi spirituales & eterni
hostes generis humani sunt, nec ulla humana ui posse
sunt uinci. Ideò Dei filium oportuit hostiam fieri.

Ioan. i.

Is solus mundi peccata, sicut Baptista loquitur, tollit,
& pro ijs satisfacit, ut credentes in eum, habeant si-
mul remissionem peccatorum, spiritum sanctum, &
uitam eternam. Hec an non infinitis modis maior
possessio est, quam illa terre Canaan, populo le-
gis concessa?

Mirabilia
nouo testame-
nti. Sed cur uocat (Niphlaoth) mirabilia, seu mi-
randa? illa potius veteris populi fuerunt mirabilia,
cum mare se diuisit, cum lordanis cursu cibivit,
dum transiret populus, cum sol ad aliquot horarum
spacia retrocederet, &c.

Sed, sicut liberatio in nouo Testamento, multis
modis maior fuit & præstantior, quam illa ex Aegy-
pto. Sic etiam miracula infinitis modis sunt maiora.

Quid

Quid enim potest dici admirabilius, quam Dei filium
induere carnem hominis, & ex uirgine nasci? Quid
magis stupendum est, quam cum filius Dei cum morte
& Satana conreditur, se uinci sinit, suam uitam
hostibus his obijcit, & dum uincitur uincit? Sic sum=
num miraculum est, Christum hominem in cruce
mortuum, tertia die ex morte & sepulchro clau=
so resurgere, & cum carne posthac immortali ascen=br/>dere in cœlum, & sedere ad dexteram Dei. Hisce
miraculis, quid simile dici imò cogitari potest? Sed
hec non sola sunt in regno Christi, nam propheta ei=br/>tiam alia commemorat.

Videbunt gentes & confundentur
cum omni fortitudine sua, ponent ma=br/>num super os, & obturabunt aures.
Lingent puluerem sicut serpens, &
sicut uermes terræ contremiscerent in la=br/>tibulis suis, coram Domino deo nostro
pauebunt, et timebunt te.

Lyra uarie se torquet dum hæc ad populum ex ca=br/>ptiuitate restitutum accommodat. Sed respicienti ad
nouum testamentum & euangelij prædicationem, o=br/>mnia fiunt facilia & expedita. Christus liberat reli=br/>quias Iudeorum miraculose. Hæc miracula cum

per As

255 COMMENT. IN PRO-

per Apostolos inter gentes prædicantur, accedunt
ipse quoq; ad ecclesiam. Id quod etiam maximi mira-
culi loco merito habetur. Primum enim confunduntur
Confundi in fortitudine, cum omni sua fortitudine, hoc est. Agnoscunt religio-
nem, cultus & fiduciam suam omnem, quam in idolis
posuerunt, frustra esse. Hoc enim propriè est confun-
di, uidere quod deceptus sis, quod spem tuam posueris
in res nihil, imò quod uerum Deum tum offendaris
maxime, cum existimasli, te eum sanctissime colere.

Velare ora. Hanc confusionem sequitur, quod ora uelant ma-
nibus, hoc est, quod non amplius prædicabunt illos
suos idololatricos cultus, sed gaudebunt ex sermone
& memoria omnium hominum sublatos esse.

**Obtutare
aures** Tertium est, quod etiam aures obturant, hoc
est, quod non solum ipsi non docent idolatriam, sed
ne aliquis quidem docentes, amplius audire sustinent.

**Puluerem
ingere.** Quartum est, quod puluerem lingent sicut ser-
pens. Hac figura significat propheta non solum ex-
ternam humiliationem, sed etiam humiliationis cau-
sam: nempe agnitionem peccati & sensum maledi-
ctionis propter peccatum. Ideò etiam utitur simila-
litudine serpentis propter peccatum hominis male-
dictæ, Genesis tertio. Porrò huius sensus insignis
imago in adultero Daude proposita est, cum à
Propheta corripitur.

Q god

PHETAM MICHAM CAPVII. 257

Quod de uermibus addit, etiam ad istos consciencie terrores pertinet. Sicut propheta ipse se exponit, Pauebunt coram domino deo nostro & timebunt te. Pauetunt eis
ram domino
Hic timor uere est initium sapientie & salutis: Qui enim ad hunc modum territi sunt, & pauent, ibi Christum docentem de remissione peccatorum & vita eterna audiissime audiunt, & cum uiolentia repulant regnum dei, Matth. 11.

Porrò hec non unius tantum temporis sunt, Vbi= Hec miracula
Iusti omnia
temporata
cunq; enim & quando cunq; euangelium docetur, ibi ad hunc modum fructificat inter gentes. Sicut etiam nostra experientia testatur. Quantum erat studium redimendarum Missarum? quam frequens invocatio sanctorum? in peregrinationes quantum impendebat? quantu in ornamenta templorum? &c. Hec omnia euangelium de morte filij dei pro peccatis nostris, ita ex animis nostris excusit, ut etiam ad mentionem talis idolatriæ horreamus.

Sed, inquies, hoc non omnes faciunt: declarant enim tot conuentus, quam nihil de idolatria illa maior pars principum uelit mutatum, & accedunt porci Sophiste, hi nouo modo theologicantur, simpliter nullum neq; in doctrina veteri, nec ceremonijs, uitium agnoscere uolunt: Sed etiam manifestas blasphemias impudentissime defendunt. Hoc quomodo

239 COMMENT. IN PRO-
conuenit cum hac promissione prophetæ?

Respondeo hodie non alia nec melior conditio euangelij est, quam cum id Christus & Apostoli prece Matth. ii. dicarent. Nam non nisi pauperes euangelizantur, Magni, potentes & sapientes coram mundo, id ocedunt & persequuntur. Hi postea inueniunt suos sacerdotes, qui cultum Baal defendant, & pium Eliam persequantur. Sufficit autem prophetæ, quod inter omnes gentes ubi euangelium prædicatur, tales fructus certo sequuntur, ut aliqui miracula ista uideant & conuertantur ad fidem in filium dei, factum uictoriam pro peccatis mundi.

Quis deus, sicut tu? Remittens ini-
quitatem, & præteriens transgressio-
nes reliquiarum hæreditatis suæ: Non
retinet iram suam in æternum, sed mi-
sericordiam amat. Reuertetur igitur
& miserebitur nostri, Pessundabit ini-
quitates nostras, & projicit in aby-
sos maris omnia errata nostra. Dabis
ueritatem Iacob & Abrahæ misericor-
diæ, quam iurasti patribus nostris ab
antiquis diebus.

Est hic unus ex insignioribus locis totius scriptu-
rae, in quo docemur de uoluntate dei erga nos. Pertin-
et autem

PHE TAM MICHAM. CAP. VII. 239

net autem hæc pars ad explicationem superiorum,
ut intelligamus clare, quid sit amplificari muros ier-
usalem, quod sit pabulum gregis domini, & quæ sint
mirabilia, quæ ostendit deus suo populo: nempe, præ-
dicatio euangelij, quod longè alter de deo nos docet,
quam uel lex, uel ratio nostra. Sicut igitur liberatio
per filium dei facta, plena miraculorum est, ita etiam
doctrina Euangelij, quæ de liberatione illa docet,
est miraculosa.

Nos homines omnes sic sumus, ut cum exactissime
nos & nostra omnia consideramus, cogamur fateri,
quod simus peccatores. Nam quod ex lege scimus uo-
luntatem dei, non subleuat nos, sed potius auget pec-
atum. Sicut Christus in parola ostendit, de seruo
sciente quidem uoluntatem domini sui, & tamen non
faciente. Si igitur secundum legem iudicare uolumus,
quod iudicium nos maneat, in promptu est, quid spe-
remus. Sic enim deus ipse in lege concionatur. Ego Exod. 20.
sum dominus deus tuus, fortis, zelotes, uisitans inqui-
tatem patrum in filios, in tertiam & quartam gene-
rationem eorum, qui oderunt me, Et faciens misera-
cordiam in milia, his qui diligunt me, & faciunt
precepta mea.

Hanc sententiam impossibile est intueri, sine in-
genti metu & dolore animi: Nam peccata negare

Evangeli de
Anna.

Quemodo
de deo con-
cionetur lex

non possum, & ineuitabilis pœnae necessitas, necessario desperationem affert animis sic territio. Itaq; anima mens circumspicit auxilia, & hac occasione labitur in hypocrisin. Sicut ostendunt exempla Papatus, qui enim huiusmodi tristiciam uolebant euadere, conuerterebantur ad merita sanctorum, ad propria bona opera, ad monasticon, &c. Quid enim aliud potest ratio facere, quæ nullam aliam dei cognitionem habet, quam eam, quæ in lege præscripta est, quod scilicet deus sit bonus bonis, & malus malis. Sicut etiam Micha supra dixit: Hæc cognitione aut ad desperationem, aut ad hypocrisin & uana operum præsidia cogit.

Evangeliū
aliter concio
nat. x de deo Ideò Micha, simpliciter auertit oculos suos à legi, nec uult iam talem deum nosse, qui irascatur peccatis & peccatoribus, et describit notis alium deum: nempe, qui non puniat peccata, sed remittat. Hac est doctrina, que cum lege uidetur planè pugnare. Intendamus: Cur & minetur deus peccatoribus per legem, & cur per euangelium consoletur peccatores & promittat eis gratiam? Ac uidemus utrumque in concionibus Michæ. Conclaves ad præsentem populum factæ legales sunt, ac faciunt deum atrocem uide dicem in peccatores. Conclaves autem de regno Christi,

HETAM MICHAM CAP. VII 261

Christ, non poenias minantur, sed promittunt remissio
nem peccatorum.

Num igitur propheta secum pugnat, aut num uer
bum dei falsum est? Minime, sed sicut non pugnant
timor dei & fides in corde, Ita doctrina legis & euang
elij non pugnant, si modo dextre explicitur. Lex Lex
minatur iram peccatoribus, ut hoc modo discant ho
mines agnoscere peccata, & humilientur coram deo
euangelium autem humiliatis promittit gratiam per
Christum, qui & pro peccatis satisfecit, & uitam
eternam promeruit omnibus credentibus in eum, si
cūt dicit: Qui credit in me, non morietur.

Ergo in æternum manet uerum, quod deus irasci
tur peccatoribus, qui non poenitent, & etiam damnata
bit peccatores, qui non poenitent & humiliantur. Er
go manet in æternum uerum etiam hoc, quod deus re
mittit peccata poenitentibus, seu contritis, seu humilia
tis, & credentibus in Christum. Atq; hanc sententiam ipse propheta pulcherrime ostendit. Minatus est su
per omnis generis calamitates, tum regno Iuda, tum
Israel, humiliatis autem hoc modo iterum promittit
gratiam & remissionem peccatorum.

Sunt autem hic in Ebræo, duo insignia uocabula Noſe ue
(Noſe ue Ober) primo utitur David Psalmo 33. Bea
tus uir cui remisſe sunt iniquitates, Id in Ebræo sonat Psalm. 32

qui est leuatus iniquitatibus. Ac uidetur Ioannes hanc figuram imitatus, cum dicit: Baptizam vocasse Christum.

Ioan. i. *I*sum agnū dñe, & portat nōm dñe & p̄ficiēt nōm
tollentem peccata: ut scilicet intelligas, peccatum esse intollerabile onus, & demergens nos usq; in profundi-
Peccatum
mus incolera-
bile. dum inferni, Q[uo]d onere tamen sic liberamur, quod su-
lus dei id in se recipit, & nos eo leuat.

Alterum uerbum significat præterire, transire.
Hoc etiam belle notis adumbrat misericordiam dei,
qui cum in Christum credimus, non patitur, se nostris
peccatis remorari, transit seu præterit ea tanquam
rem indignam, ad quam moretur: Sicut uictor urget
iter suum, & negligit quæ temere inter runderem obij-
ciuntur. Nam deo beneplacitum est, in filio suo, In eum
qui credunt, horū peccata præterit, nō inquirit in eis.

Sed pulcherrimum est quod subiicit propheta:

**Deus non te-
net iram in a-
eternum.** Non tenet iram suam in aeternum. Hic enim utrumq;
complectitur, quod & irascatur peccatis deus ac fu-
niat, & tamen iram hanc non pertinaciter sine mo-
do grassari sinat sed eam remittat, cum humiliamur
coram deo, hoc est cum agnoscimus peccatum, & per-
timus ac speramus ueniam per Christum. Hæc igitur
est illa doctrina, erigens corda, metu mortis & ira-
dei territa, quod deus eis irascitur, sicut iram eius
uarie sentimus, tamen non irascitur in aeternum, sed
statuit

statuit modum ire, cum nos poenitentia agimus. Sicut docet Ezech. quoq; cap. 18. & 33.

Sed quæ huius bonitatis causa est? Num merita?
Num intercessiones sanctorum? Num alia quæ sibi singunt homines? Minime, sed quod propheta dicit
(Ki Haphez Hehed hu) quoniam tu gaudes esse beneficis, quoniam es misericors, Es ist dein hertz und lust den Leuten helffen. Hoc est, proprie & uere de Deo loqui. Et comprobantur hec ipsa experientia.
An non enim misericordem & beneficium dicemus, qui initio hominem condidit ad immortalitatem & ad imaginem suam, eiq; terram et omnia que in mundo sunt, seruire iussit: Deinde, an non misericors & beneficis est, qui lapsum hominem in peccatum & mortem, non abiecit, sed promisit liberationem per semen benedictum? Hec cum cogitas, quomodo aliter deo cogitare potes, quam propheta hic facit?

Quia autem hec cognitio Dei uitam & salutem assert. Ideo eam tam uarie conatur Satan obruere, ex citat Pseudoprophetas, qui operum fiduciam & merita docent, sicut totus papatus facit. Deinde nostris cordibus pingit longè aliam Dei imaginem, quam hic à propheta describitur. Sic enim terret peccatis, sic mortem ob oculos ponit, ut hec Dei amica facies penitus ex corde & oculis effluat, & substituatur

Deus benevolens
cas est.

Satan facit
deum crudelis
item. 1

alia tyrannica, ac si Deus, cum semel scriire cœpit, multum finem træ statuat. Itaq; corda à Deo refugiunt et incipiunt eum odiſſe, ac in desperationem ruunt.

Itaq; retinenda diligenter hæc Michæ concio est, qua Deum misericordem & beneficium facit. Sicut
Ioan.3. Christus quoq; **Ioan. 3.** cum dicit: Sic Deus dilexit mundum, ut unigenitum suum filium daret. Non dicit, quod oderit mundum, quod auersetur aut abijcat sed quod diligat, & det summum donum, filium suum. Hac sententia firmiter impressa animo, sequetur ut etiam in medijs periculis & malis, cum propheta credamus, ac statuamus, quod reuertetur & miserebitur nostri. Quid enim aliud faciat, misericors Deus?

Connescit & misereri tur nostrī. Quid autem est hoc reuerti & misereri? Nimirū aliud nihil quam peccatum conculcare, & peccata nostra projcere in profundū maris, hoc est, in talent locum ubi non amplius à quoquam conspici possunt.

Kabasch Est autem hic quoq; insigne uerbum (Kabasch) quod significat subiungere, subiucere, pessundare. Ac usus simili phrasī Paulus est, sed negatiue, **Rom. 6.** Noster ue-

Rom. 6. tus homo simul crucifixus est, ne amplius nos seruimus peccato. Item: Non igitur regnet peccatum in mortali corpore uestro, ut obediatis ei in desiderijs ipsius.

Sunt autem hæc phrases natæ ex illa concione Ade ad **Gen. 4.** homicidam Cain, ubi iubet, ut ipse dominetur peccata & ei resistat.

Comple-

Complebitur itaq; propheta hic, duplex beneficium, remissionem peccatorum & spiritum sanctum. Duplex beneficium.
 Nam primum peccatum sic calcatum seu pessundatum est, ut non possit nos accusare nec damnare. Per Christum enim expiatum & remissum est. Deinde datur credentibus spiritus sanctus, ut uerē dominantur peccato, hoc est, ei resistant, id mortificant, se ad ueram & spontaneam obedientiam exuscident, &c.

Porrō non ineptū est, si, quod de peccatis in mari seu aqua mergendis dicit, referas ad baptismum. In Baptismus? quo uerē per sanguinem Christi (baptizamur enim in mortem Christi) abluiuntur & delentur peccata. 1. Pet. 3.
 Sicut simili allegoria de diluvio Petrus usus est, & patres plerosq; similes locos prophetarum ad baptismum translulerunt.

Postrema particula de fide & misericordia promissa patribus & fideliter seruata, pertinet eō, ut causam discamus tantorum beneficiorum aliam non esse quam quod Deus natura sua est misericors. Itaq; non uoluit, nos demersos in mortem & iram Dei perire saluare uoluit, ac salutem promisit Abraham per semen benedictum. Hanc promissionem etiam Iacob habuit. Vedit enim Christum ex posteris Iude nascitum esse, sicut testatur eius uaticinii, Gen. 49.

Ad hunc modum meminerunt promissionis Maria

Luc. i. in cantico: Suscepit Israël puerum suum, recordatus misericordiae suæ, sicut locutus est ad patres nostros, Abrahæ et semini eius in secula Et Zacharias pater Ioannis Bap. **Luc. i.** Recordatus est testamenti sui sancti. Iuramenti quod iuravit Abrahæ patri nostro, &c.

Ad hunc modum uidemus, quām diligens Doctor sit Micha, qui tam belle coniungit doctrinam legis & Euangeliū. Ad legem pertinent, quae in primo capite de poenit. idolatrie. in secundo & tertio de poenit. avaritiae concionatus est, & in sexto de falsis cultibus. Quia autem similia peccata Germaniam premunt, facile appareat, quid sperari posse. Præsertim cum barbarum hostem tam uicinum habeamus.

Ad Euangelium pertinent, quae de Christo & regno eius satis copiose uaticinatus est. Docuit enim de persona Christi, quod sit nasciturus in Bethlehem, & sit filius Dei, qui ab æterno fuerit. Deinde de ipso Christi regno docuit, quod in Ierusalem initia sumet, & deinde propagabitur in totum orbem terrarum. Sic tandem ut eant alij populi omnes in nomine Dei sui, hoc est, ut mundus sit habiturus suos proprios cultus, quendam stabilire conabitur, uera Ecclesia in periculo erit, sed non opprimetur penitus. Hæc & alta multiformia sunt uicia, erigunt enim perculsos animos, docent, augment fidem, excitant ad orationem, cum certa spe

ße exauditionis. Ergo & merito pro tam uberi co-
gnitione gratias agimus Deo per Christum, & cum
Propheta, sicut Hieronymus quoq; in fine sui com-
mentarij facit, oramus.

O Deus quis est similis tibi. Remittens iniquitatem
& præteriens peccata reliquarum hæreditatis tue.
Qui non tenes iram tuam in æternum, sed uis esse mis-
sericors. Reuersus es ad nos, & misertus es nosiri.
Pessimum dedisti iniquitates nostras, & proieciisti in pro-
fundum maris omnia peccata nostra. Hanc miseri-
cordiam nobis serua perpetuam, ut in lumine uerbi
tui ambulantes omnia satanae ex mundi pe-
ricula effugiamus. Per Iesum Christum
filium tuum & liberatorem no-
strum, Amen, Amen,
Amen.

Finis Commentarij in Micham
prophetam.

PRINCIPAL
LES LOCI ET SENTENTIAE
Concionum prophetæ Miche.

CAP. I.

Primum caput habet prophetiam de uastatione
putriusq; regni per Sanherib Assyrium. Etsi enim
per angelum à portis Ierusalem ingenti suorum strage
depulsus est, tamen regnum Iudeæ ualde affixit.

Huius calamitatis dicit causam esse idololatriam,
quod relicto uero Deo & templo, sacris cultibus des-
tinato, sacrificabant idolis & eligeabant profana lo-
ca, sicut historie regni Israël & Iuda, tempore Ahas
ostendunt.

Hæc doctrina ad nostra tempora utilis est. Nam
idololatria, quæ in Papatu multiplex imò infinita fuit
per euangelium reuelata est. Igitur qui eam non emen-
dant, sed urgent, sicut impia episcoporum & Sophy-
starum turba facit, hi sine dubio uastitatem sibi acce-
sent. Sicut ante oculos sunt exempla ecclesiarum quæ
Christi hostis Turca, crudelissime perdidit.

Habet hoc caput unam insignem sententiam. Quod
opes meretricis, in mercedem meretricis conueren-
tur, hoc est, quod unus idololatra alium perdit. Sicut
hodie

bodie monasteria & ecclesiarum opes , per idololatriam partas, etiam iij diripiunt, qui summi Pontificis dignitatis defensores haberi uolunt.

II.

Secundus sermo habet grauem accusationem avaricie , que est tanquam fons iniuriarum & uiolentie . Minatur autem Dominus etiam avaris uastationem.

Atq; hic imprimis notanda est securitas impiorum illam in manifestis peccatis. Putabant enim Iudei se licentius peccare posse, quod essent populus Dei , & inflabantur promissionibus. Sed insignis prophetæ sententia est. Sermones mei, inquit, boni sunt, seu bona promittunt, bonis. Cum igitur uos sitis mali. Quomodo potest à uobis longius abesse malum ? Ergo definita sententia est, quod deus uelit peccatores punire, nisi poenitentiam agant & conuertantur à peccatis.

Huic Concioni legali subiungit propheta promissionem de Christo , quem facit pastorem colligentem reliquias credentium. Vocat quoq; Porez, dissipatorem, qui regnum satane mortis & peccati sit desiretur, ac consolatur futurum, ut ecclesia quoq; Christo præente, defendente, ac iuuante, omnia ista mala sit superatura, & ita perruptura ex miserijs huius uite ad eternam uitam. Notabile autem hoc est, quod
tribuit

tribuit Domino nostro, Iesu Christo nomen Dei
ineffabile.

III.

Sicut in secundo capite accusauit in genere auariciam, ita hic in specie auariciam Magistratus, tum Politici tum ecclesiastici reprehendit. Minatur autem futurum, ut cum clamabunt ad Dominum, eos non sit exauditus, hoc est, quod uelit eos obijcere gladio & tradere hosti, qui uicissim in eos seuiat, sicut servirunt in suos subditos,

Atq; in hac Concione est insignis collatio Pseudo prophetarum cum ueris doctoribus. Hi spiritu pleni sunt & libere reprehendunt peccata principum & populi. Illi uestus causa connuent ad peccata, & no poenitentibus promittunt omnia secunda.

III.

Est insignis prophetia de regno Christi. Primo nominatur locus, quod in Zion hoc regnum sumet initia.

Secundo promittit futurum, ut etiam gentes hoc regnum querant.

Tertio dicit de officio regis, quod ipse rex docebit suas vias, per nouum uerbū & nouam legem, hoc est, aliam quam Moysi fuit. Hæc enim accusat peccata, & minatur peccatoribus. illa autem Christi remittit pec

cata,

¶ Et promittit spiritum sanctum per Christi meritum & mortem.

Itaq; (quod quartum est) sequitur hanc doctrinam p̄ rx conscientiarum & multiplex fructus. Sicut propheta hic dicit. Sedebit unusquisq; sub ficu sua & uite sua, hoc est, singuli in suo genere uite & officio edent fructus fidei uarios & optimos.

Quinto docet hoc regnum habitarum suos aduersarios in mundo. Siquidem singuli populi ambulabunt in nomine sui Dei. Ecclesia autem in nomine Dei nostri. Promittit tamen hoc regnum non oppressum iri, sed fore æternum regnum. Nos enim, inquit, ambulabimus in nomine Domini Dei nostri in æternum.

Ad hanc consolationem pertinent que de claudiente & abiecta dicit. Etsi enim in commentarijs de reliquijs regni Israël inter gentes id exposuimus, tandem nihil prohibet ad totam ecclesiam, in mundo contemptam & afflictam accommodare, sicut Sophonias facit, qui eadem appellatione Ecclesiam notat, capite tertio.

Quia autem antequām promissio hæc de regno Christi impleta est, populus erat captiuus abducens in Babylonem. Ideo consolatur propheta pios, ne huius regis obliuiscantur. Et addit simul hanc confon-

272 LOCI PRINCIPALES.

consolationem, futurum, ut non solum liberentur ex captiuitate Babylonica, sed per euangelium dominentur gentibus, quæ uerbum amplexuræ sint.

V.

Est promissio de Christo & regno eius. Initio lo-
cum ostendit, in quo Christum nasci oporteat.

Secundo docet de persona Christi, quod non tam
primum ceperit esse, cum ex Maria natus est, sed sit
ab eterno, hoc est Dei filius.

Tertio de officio docet, quod pascet populum suum
& secure habitabunt. Nam per Christum destrunctum
est regnum Satane & peccati, & hanc Christi uictori-
iam affert Euangelium credentibus.

Quarto docet, regnum hoc pertinere etiam ad
gentes. Magnifice autem commendat misericordiam uer-
bi, cum comparat ministros Euangelii rori et pluiae.
Ac minatur exitium ihs, qui euangelio se opponet.
Sicut etiam Synagogam ideò dicit uastandam esse.

VI.

Est concio Legis, in qua accusat populum summe
ingratitudinis, & damnat impios cultus, quibus spera-
bant se Deum placaturos esse.

Quod autem pulcherrimum est, ostendit, quibus
cultibus delectetur Deus: Nempe obedientia erga
uerbum, Misericordia erga pauperes, ac Patien-
tia & spe in aduersis. Hos

Hos cultus cum uideret à suo populo negligi: Auariciam autem & alia uitia cum idolatria crescere minatur eis extremam uastationem.

Insignes hic sunt figuræ, quibus auariciam pingit, quas aliquo modo imitatus uidetur Chrysostomus in quinto capite prime ad Corinthios ubi inquit, πόλλας τὰς ἐισενεχθέντας κακῶς ὀλίγες, τὰς πολλὰς καίμανας ἐξεβάλε πολλὰς ὄντας, οὐδεν γαρ σαρθρότερον πλεονεξίας, καὶ μὲν τὴν κλεψὺν ἐπιθήντων διορθώ ταρατίων, καὶ μὲν θυραῖν καὶ μοχλὸν, ἐνοχέ τὰς ποιητὰς ποιεῖς, πλεονεξίακας ἐνδομητοὺς χαλεπώτερον ληστὴν ἀποκλείστας καὶ πάντας θύνοντας ἐξενέγκειν.

Id simpliciter, sed parū eleganter sic reddidimus, sepe exiguum lucellum fraude quæsumum, magnas ope recte partas euertit. Nihil enim est, quod facilius omnia corrumpit, quam fraus. Quod si capsam illam seru, ostio, uecte quoq; communieris, tamen frustra id facis, siquidē fraudem intus conclusam habes uiolentissimum prædonem, qui quicquid inuenit, diripit.

Similis apud Isocratem quoq; sententia est: Docet enim gentes ipsa experientia male parta male perire.

VII.

Hec concio est tanquam epilogus superiorum concionum: Habet initio querimoniam, quod fru-

274 LOCI PRINCIPALES.

stra doceat impoenitentes.

Deinde monet pios, ne his scandalis patientur se
à uera uia abduci, quanquam enim poenæ publicas
subiuri erant, tamen hortatur, ut respiciant ad re-
gnum gratiæ per Christum futurum, quod magnifice
commendat, quod sit regnum remissionis pec-
catorum, gratiæ, & uitæ æternæ. Reli-
qua in Commentarijs explican-
tur uberiorius.

IN CANTICA

CANTICORVM, BREVIS SED

admodum dilucida enar-
ratio.

D. Martini Lutheri.

¶ 2 PRAE-

PRAEFATIO D. MARTINI LV⁸

theri in Canticā Canticorum.

IN hoc Canticum regis Salomonis multi uarias, easq; intempestiuas & prodigiosas interpretationes commenti sunt. Verum ut quām simplicissimus et germanus huius libri sensus queratur, existimo esse eiusmodi Canticum, in quo Salomon laudibus deum celebret, eiq; pro constituto & confirmato diuinitus regno ac politia sua gratias agat, & oret pro eiusdem regni sui conseruatione et propagatione, simulq; consoletur incolas & ciues eiusdem regni, ut in tentationibus & rebus aduersis bono animo sint & deo confidant, qui defendere & liberare perpetuo soleat suos, ad se clamantes, &c.

Quemadmodum autem Moses Exodi 15. Canticum suum de illo opere, quod tum fiebat in mari rubeo composuit, et omnia Canticā, que in sacris literis extant, ad suorum temporum historias directa sunt, quale est canticum Diboræ Iud. 5. item Hanne 1. Re. 2. & pleraq; alia. Et maior etiam pars psalmorum, exceptis illis, qui prophetias de Christo continent. Ita haud dubie & Salomon canticum illud scripsit, de regno & politia sua, quod benignitate dei, in pulcherrima ac latissima pace, ac summa tranquillitate administravit. Sicut ista omnia ex ipso textu patebunt.

Porro

Porrò cum omne regnum, principatus seu politia uerbum & uerum cultum dei habens, multa incommoda cogatur ferre, hoc est, ludibrium & abominatione esse toti mundo, in medio hostium uersari, ac singulis horis, uelut ouis mactationi destinata, morte expectare, merito tale regnum seu politia, populus dei uocatur, omniq; iure potest hoc canticum & poliem Salomonis, uelut exemplum, sibi proponere, & ad eundem modum deum laudare, in deo gloriari, lætari, ac misericordiam & potentiam eius diuinam, qua tuetur suos contra diaboli insidias & mundi tyrannidem admirari, & prædicare.

Quemadmodum enim Psalmis Davidis & prophetarum scriptis utimur, uelut exemplis etiam si non sumus David nec prophetæ, Quia uero cum ipsis eadem & communia bona, hoc est, idem uerbum, spiritum, fidem, beatitudinem, habemus, eadem pericula et afflictiones propter uerbum dei sustinemus, merito etiam uoces & sermones ipsorum nobis usurpamus, laudantes & canentes, sicut ipsi laudauerunt & cecinerunt. Sic quilibet politia, in qua est ecclesia, & princeps pius, potest hoc canto Salomonis non aliter uti & si de sua ditione seu politia composita esset.

Atq; hoc modo fit ex isto Canto canticorum, quod Salomon de sua politia tantum cecinit, commu-

nis quædam cantio, pro omnibus politijs, quæ sunt populus dei, hoc est, quæ uerbum dei habent & reuerenter colunt & agnoscunt, acuere credunt potestalem magistratum à deo constitutam & ordinatam esse, per quam conseruet deus pacem, iusticiam et disciplinam, santes puniat, innocentes defendat, &c. Pro his tantis beneficijs deum cum gratiarum actione laudant & prædicant.

Deinde p[ro]ij magistratus & politiæ, non ponunt spem aut fiduciam ullam in opibus, potentia, sapientia & alijs humanis præsidijs, quæ nec firma nec diuturna sunt, sed consolantur, admonent, & exuscitant se se ut in omnibus afflictionibus & periculis ad deū consurgant, eiq[ue] confidant, tanquam uero & unico auxiliatori & salvatori, qui nunquam deserit populum suum, persecutionem patientem, propter nomen & uerbum suum. Nam certum est populum pietati studiosum, & amantem uerbi, semper obnoxium esse multis malis, quibus à diabolo & mundo premitur.

Hincq[ue] appellatur hec cantio, canticum cantorum, quia de rebus summis ac maximis agit: nempe de magistratibus, diuinitus ordinatis, seu de populo dei. Non de priuata aliqua historia, sicut aliae cantiones in sacris literis, sed de toto ac durabili aliquo regno seu populo, in quo deus aſidue multa & ingenia misericordia

racula edit, ac potentia sua ostendit, conseruando & tuendo illū, aduersus omnes insultus diaboli et mundi.

Adhæc canit de his tantis rebus non uulgaribus herbis, quibus uulgo utuntur homines, sed magnificis & figuratis uerbis illustrat & exornat res suas, ita ut uulgas eas audiens, intelligat longe diuersum quidam agi. Sicut enim reges et principes solent, meditantur & canunt amatoria carmina, que uulgs accipit de sponsa aut amica cantata, cum tamen politiae et populi sui statum his depingant. Quemadmodū Theuer danck fecit, qui Maximiliano sponsam Erentreich cōiungit. Aut si de uenationibus loquuntur, significare uolunt hoc sermone, hostem fūsum ac fugatū, ac se uitioria potitos esse. Ut cum dicunt. Aper est confusus sera capta, & id genus alia.

Ad eundem modum fecit Salomon in hoc suo Cantico, utitur magnificis & rege tanto dignis uerbis, in rebus suis describendis. Constituit Deum sponsum, & populu suū sponsam, atq; ita canit, quantopere Deus populu illum diligat, quot et quantis beneficijs eū afficiat et cumulet. Deniq; ea benignitate et clemētia eius cōpleteatur ac foueat, qua nullus unquam sponsum sponsam suam complexus est ac fuit. Orditur itaq; ac loquitur in persona totius populi, uelut sponsa dei. Osculatur me.

IN CANTICA

CANTICORVM BREVIS ET AD- modum dilucida enarratio, D. Mar- tini Lutheri.



VNC librum suscepimus eⁿ
narrandum, non studio ostendae
eruditio*n*is. Sicut qui-
dam qui omnem operam po-
nunt in obscuros libros, quod
scilicet & ad laudem ingeni
faciat, ausum esse ea attingere, quae alij propter ob-
scuritatem fugiunt, & in obscuro*s* cuiq*u* liberum sit di-
uinare ac speculationibus, seu proprijs cogitationib-
us, indulgere. Sed ut repulsis ineptis opinionibus qui-
bus hactenus libellus hic obscuratus est, aliam commo-
diorem sententiam ostenderemus, utilem ad uitam &
ad beneficia Dei recte inspicienda.

Finis scri- Scimus enim hunc totius scripturæ esse finem, ut
pturæ, etc. doceat, arguat, emendet, ac ad iusticiam instituat, ut
perfectus sit homo Dei ad omne opus bonum, sicut
Paulus dicit 2. Tim. 3. Hunc finem, qui non respiciunt,
etsi opinionem eruditio*n*is diuinationibus suis, apud
imperitos comparant. Tamen uerum succum scriptur-
æ non norunt. Nec dissimilis ea eruditio est, corporis
bus

bus quæ hydrope infecta sunt. Ea tumore immodicum inflata, speciem succi habet, sed qui totus corruptus & uitiosus est. Quare nos referimus inter enarrandum cogitationes nostras eo, ut hic quoque liber, tum doctrina ad uitam utili, tum consolationibus nos eruditat.

Neque enim unquam assentiemur ijs, qui putant esse amatorium carmen, de filia Pharaonis à Salomone adamata. Neque hoc placet, ut exponamus de coniunctione Dei & synagoge. Aut sicut Tropologistæ, de anima fidei. Ex his enim sententijs, quid quæso fructus potest percipi? Etsi igitur in tanta scriptorum uarietate hic liber adhuc in obscuro sit positus. Nos tamen insistentes nouam uitam à summa sententiæ non aberrabimus, et si alicubi fortasse in partibus errare possumus. Mea igitur sententia hæc est.

Extant tres libri Salomonis in scriptura sancta. Libri Salomonis, Proverbiorum, maxima ex parte est economonis tres. micus, & communia uite huius ac morum præcepta proponit. Non eo modo quo gentilium philosophi. Sed ubique aspersa grauiore doctrina de fide & timore Dei, quam gentes non uiderunt.

Secundus liber, Ecclesiastes, est politicus, qui non in genere solum omnes, sed magistratum maxime docet, ut scilicet timeat Deum is, qui alijs præest, & stre

nunc faciat ea quæ præ manibus sunt, neq; se uel rei difficultate, uel ingratitudine hominum frangi sinat, quò minus suum officium faciat.

Tertius est præsens liber, qui inscribitur Canticum canticorum. Is propriè ad Ecclesiasten pertinet. Est enim Encomium politiæ, quæ temporibus Salomonis in pulcherrima pace floruit. Quemadmodum enim in sacra scriptura qui scripserunt cantica, de rebus & se gestis ea scripserunt. Sic Salomon per hoc poëma nobis suam politiam commendat, et quasi Encomium pacis & præsentis status reipub. instituit, in quo gratias Deo agit, pro summo illo beneficio, pro extrema pace. In aliorum exemplum, ut ipsi quoq; sic discant Deo gratias agere, agnoscere & neficia summa. Et orare, si quid minus recte in imperio acciderit, ut cor rigatur.



CANTICA CAN- TICORVM.



Abet autem nomen uel à mate-
ria, quod de maximo omnium hu-
manorum operum, de politia
scilicet agat, uel à phraſi, quod
grādi orationis genere ſit ſcri-
ptum. Eſt enim omnino figura
tu poēma. Figuræ autem grandem orationē efficiunt.

Oſculatur me.

Loquitur pro more illius populi. Apud nos mi-
nus honesta oſcula habentur. Sunt autem oſcula a-
moris & fauoris signa. Sic igitur dicit: Oſculatur me
Deus, id eſt. fauet huic politiae, oſculatur eam, omni
genere beneficiorum & amoris eam prosequitur.

Eſt autem hæc fidei uox, pronuntiare regnum,
quod in ſpeciem uarie affligebatur Deo curæ eſſe, à
Deo amari, diligi. In ſpecie non appetet, quod oſcu-
letur ſinagogam, ſed quod laceret potius & abhomis-
netur. Quod autem addit.

Oſculo oris ſui.

Significat, quod Deus hunc populum ſuo uerbo di-
gnetur. Atq; hic quidem theſaurus ille eſt, qui merito
primus in politia iactatur, ſine quo politia con-
ſiſtere diutius non poteſt. Iactat hoc donum huius
populi

Laudat poli-
tia ſua, quod
habeat uerba
Dei.

populi Paulus quoq; in Romanis cap. 3. Sunt illis cre-
dita oracula Dei. Item Psalm. 147. Qui annunciat
uerbum suum Iacob, &c. Non fecit taliter omni na-
tioni. Verbum enim est, quod pios ab impijs discer-
nit. Per uerbum quoq; fit, ut sentiamus omnia qua ha-
bemus, siue in Politia, siue in Oeconomia, esse dona
Dei, & mera diuina uoluntatis & fauoris erga nos
signa. Reliqui licet abundant omnibus bonis, non tan-
men ea dona dei esse intelligent. Nō igitur potest fieri
quoniam ijs in suam perniciem abutantur.

Tua ubera iucundiora sunt uino.

Vbera pertinent ad doctrinam, qua aluntur ani-
mi, ut fiat perfectus homo ad omne opus bonū. Eam
Vinum. comparat uino, cui sacra scriptura tribuit, quod le-
tificet cor. Ponitur igitur per metaphoram uinum
pro omnibus mundi delicijs & uoluptatibus.

Et est hæc quasi excellentis fidei uox, quod dicit.
Ego præfero uerbum tuum omnibus mundi uolupta-
tibus. Sunt enim omnia referenda ad uerbum.

Nomen enim tuum oleum effusum
est.

Fructus Sunt ualde significantes figuræ & insignes. No-
uerbi. men tuū, id est, cognitio tui est sicut oleum. Nam sum-
dit odorem gratum, & per uerbum latius spargitur.
Neq; est hoc beneficium uerbi in angulo, sed in uulga-

tur per totam meam ditionē, & spargit odorem in ui-
cinos quoq; populos, sicut unguentum effusum.

Vt odorentur optima balsama tua.
Id est, ubi uerbum tuum est, ibi sentiuntur benefi-
cia tua. Pij enim sciunt per uerbum, quod donis Dei
fruantur & abundant. Quod si ea auferantur, sciunt
se tentari à Deo, & patienter crucem ferunt.

Ideò uirgines te diligunt.

Est Hebraismus, quod ciuitates appellantur ma-
tres, & filiae. Virginem autem Hierusalem uocat.
Est igitur sententia per uerbum tuum fit, ut his tantis
beneficijs allecti te diligant & ament, qui hinc inde
in meo regno pij homines sunt.

Hactenus commendauit Politiam suam, propte-
rea quod uerbum Dei habeat. Impie igitur à multis
nunc externum uerbum contemnitur, qui spiritum ia-
stant, citra uerbum uocale, per diabolicas reuelatio-
nes. Et tamen nec quid spiritus, nec quid uerbum sit,
norunt.

Trahe me post te.

Scire & posse duo sunt. Quando igitur uerbum
habemus, non statim possumus illud sequi, sed retrah-
bunt à uerbo caro nostra, mundus & Satan, subiicit
igitur iam orationem. Dediti uerbum, pro quo tibi
gratias ago. Nunc fac ut etiam faciamus, quæ uerbi
docet

Hebreis
tropo appelle-
turi ciuita-
tes matres et
filiae.

Oraties

docet, & sequamur id in uita nostra.

Nullum est uite genus, quod non sua incommoda habeat. Duc uxorem, statim uidebis malorum plaus, inuenies que in uxore, quæ in liberis displiceant. Cura quoq[ue] uentris exercebit te. Sic qui in imperio sunt, plurima mala sentiunt, nusquam enim Satan cessat. Sola igitur oratio restat, qua difficultates & scor-

ilos illos, in quos impingimus, superemus. Deus enim ideo nos tentat his malis, ut ostendatur gloria uerbi, & magnificetur uirtus diuina in infirmitate. Alioqui non erat locus ostendendæ glorie & misericordiae sue.

Et curremus.

Est Emphaticum. Non dicit ambulabimus, sed curremus. Si tu afflaueris spiritu tuo, libenter agam principem, doctorem, maritum, discipulum, &c. Si non afflaueris, nihil quisquam, quantu[m] magno studio et cura, promouebit præsertim in politia. Sicut uidemus summorum hominum sapientia eueras, non adiutias, florentissimam Respub. esse.

Rex introduxit me in conclave suum.

Orationem sequitur ex audito. Alludit ad mores sponsi & sponsæ, & figurat ostendit exauditam orationem esse. Significat enim summam benevolentiam dei erga nos. Deus, inquit, in illis

Mis malis, que in Repub. sentio, consolatur me, ostendit se uolentem & fauentem. Sicut cum sponsus sponsam in conclave ducit, non facit illud odio sponsæ.

Sic exprimit summum illum affectum, quem Deus erga orantes habet, quod exauillat, consoletur, foueat &ugeat donis & uirtutibus suis, ut unusquisque commodius suum officium facere possit.

Nunc exultabimus, & lætabimur in te.

Exauditam orationem sequitur gratiarum actio. Exauditione sequitur gratiarum actio 3
Exultabo iam, quod non deseris me, suscipis me in misericordijs tuis.

Est Emphaticum, quod dicit, in te. Q. d. Extra tuum solatium & auxiliū nihil sentitur, nisi labores, molestiae, impatientia, mœrores, luctus, &c.

Memores uberum tuorum plus quam uini.

Pertinet ad gratiarum actionem, id est, Erimus grati, commemorabimus memoriam tuam, quam nos ames. Si quidē ubera tua nobis donas. Memorias Significat, prædicare, laudare, agere gratias, uinum, sicut supra, uocat omnia corporalia & carnalia gaudia.

Recti diligunt te.

Curui, qui in suum commodum sunt flexi, sic uolunt

Iunt uiuere, ut nulla incommoda sentiant. Si que autem
incident, offenduntur et murmurant cum summa
impatientia.

Contra, recti cum sentiunt difficultates et incom-
moda, patienter ea ferunt, et orant. Liberati igitur
agnoscunt summam Dei erga se benevolentiam et
amorem. Sicque impensius amant Deum.

Iam igitur Salomon instituit concionem, ad do-
cendos curuos illos, ut eodem modo ipsi quoque dia-
scant presentia mala superare, ferendo scilicet et ora-
ndo. Sic enim solent tentati et exauditi, alius quoque
docent et instituunt, ut Psalm. testatur 116. Credidi,
propter quod locutus sunt.

DE PROCESSV ET ORDINE totius Libri.

Porro hic ordo et processus huius Cantici est.
Quod alternat consolationes, querimonias, orationes
item exhortationes. Sicut enim in repub. legibus insi-
tuta agitur. Imo sicut haec uita nostra uiuitur. Sic e-
tiam ipse in hoc libro agit, et id eam quandam rep.
communis uitae proponit, ubi afflictionem consolatio,
consolationem alia afflictio per uices, sicut nox diem
sequitur. Sic in rebus pub. semper noue procelle, noui
motus et terrores incident, quibus discussis, non da-
tur diutius quies, sed aliæ statim turbae et calamita-
tes

tes sequuntur. Qui uersantur in rebus pub. testes hu-
ius rei erunt.

Sic Dauidem principio excipiebat defectio populi,
nix compositum illud malū erat, & ecce aliud tanto
grauius, quanto minus expectabatur, incidit dilectis-
simus filius Absalom infesta arma contra patrē mo-
uet. Nec satis fuit pepulisse patrem regno, regias con-
cubinas et uxores quoq; patris constuprat. Sic resp.
est ceu periculosa in procellofa mari nauigatio.

Quare Salomon subinde consolationes & ex-
hortationes repetit ad animandos præfidum animos,
Ne tantis difficultatibus fracti resiliant aut despe-
rent: Sed discant ad hunc modum oratione se erige-
re, & sperare salutem. Que ubi contigerit, rursus sic
parandus est animus, ne secuturis malis succumbat:
Quemadmodum enim iuga montium ualles, & no-
strem dies: Sic perpetuis uicibus afflictionem libera-
tio, liberationem rursus aliud malum excipit. Quem
Cannonem si quis obseruauerit, is bonam partem hu-
ius libri intelligit. Post, si quis id quoq; uolet, nullius
labor est Allegorias comminisci.

Nigra sum, sed desiderabilis, filiæ
Hierusalem.

Monui anteā, instituere eum post gratiarū actio-
hem concionem. Filiae Hierusalem.

*

Id est;

Id est, uos politie & circumiacentia oppida, nolite offendere, si minus omnia succedant.

Sum nigra.

Quanquam sim politia, diuinitus instituta & ornata uerbo Dei, tamen in speciem miserrima esse videor. Nusquam succedit, paucissimi sunt, qui pacem publicam ament & tueantur. Videor non politia, sed quaedam seditionisorum hominum colluicies esse. Nolite hac forma offendere. Figite oculos non in nigredinem, sed in osculum quod mihi Deus offert, & tum uidebitis me formosam & amabilem esse. Quanquam enim foris uarie sim uexata, tamen propter uerbum & fidem sum desiderabilis.

**Ecclesia spe-
ciam lacerata
&c.** Sic Ecclesia quoque in speciem non desiderabilis, sed lacerata esse uidetur, & miserè afflita, omniumque opprobrijs exposita. Est autem ea consolatio nostra, quod nostra salus in uerbo & in fide, non in externa specie, est sita.

Sicut tabernacula Kedar, & sicut tabernacula Salomonis.

Tabernacula Kedar, id est, Arabum, sunt uilia & deformia. Contra tabernacula Salomonis, sunt regia & pulcherrima.

Puto igitur sic sententiam distribuendam. Nigra sum, sicut tabernacula Kedar. Videor esse ceu multo

tulo quedam Arabum, qui nullam politiam habent.
 Multi enim sunt in populo meo qui non credant uero-
 bo. Multi quoq; qui magistratui non obsequantur. Ap-
 paret igitur confusio potius hominum, quam bene in-
 structa politia esse. Sed nihilominus sum desiderabilis
 sicut tabernacula Salomonis. Si quis internam spe-
 ciem consideret, uidebit tamen multos in illa politia
 pios homines, qui obediunt & sunt bona ac fidelia po-
 politie membra, &c.

Nolite me considerare, quod fusca sum:

Pergit exhortari contra scandala, ac monet. Noli
 me ea parte intueri, qua sum deformis, Sed fixe oculos
 informam & uenustatem meam, contemplare uirtu-
 tes, non uitia mea.

Porro qui hoc nouit ille demum se omnium maxi-
 mam artem di dicisse & nosse sciat. Sic enim sumus
 nati, ut plus uno aliquo uito moueamur, quam reli-
 quis uirtutibus omnibus. Sic hodie qui sapientissimi in
 mundo iudicantur, offenduntur multis malis, que præ-
 ter meritum, euangelio imputant. Rursus quāta bona
 Euangelij beneficio, tum priuatim in hominum animis
 & conscientijs, tum publicè in politia & œconomia
 acceperimus, nemo uel paucissimi estimant. Quod e-
 nim queso uite genus fuit ante Euangelij reuelationē,
 de quo uerè potuerint iudicare homines? Non maritus

Quae bona p
Euangelium
conigerunt
nobis, &c.

non uxori, non liberi, non magistratus, non ciues, non serui, non ancillæ, non aut se in tali uita genere constitutos, quod deo probaretur. Ideò ad monachorum opera consuebant omnes.

Similiter ante datam euangelij lucem artis usus recte ostensus aut cognitus fuit: clarum id est in pueris libis disciplinis. Nec grammaticæ, nec dialecticæ, nec rhetoricae usus patebat, tantum aberat, ut recte docendi possent. Quod si hæc in leibus his artibus acciderunt, quanto magis acciderunt in gravioribus artibus, de theologia res ipsa loquitur. Iuris professores, etiæ artem, et artis usum aliquo modo nossebant, tamen quod omnium pestilentissimum erat, paucissimi credebant se in tali uita genere esse, quod deo probaretur. Idem de medicis licet dicere.

Hæc tanta incommoda nemo tum considerabat. Nunc præsentium honorum oblii, in mala tantum respiciunt ingratissimi homines. Meretur autem summa hæc ingratitudo, ne tantorum honorum aspectu fructu possumus. Sicut scriptum est: Non uidebit impius gloriam dei. Pij autem et tanta beneficia dei uident, et grati pro ijs sunt.

Porrò debet hic Canon etiam in priuata uita diligenter obseruari: Si quis nigredinem ex oculis seponat, uidebit mundum repletum misericordia di-

gina.

mina. Sicut est in Psalmo 107. Quis sapiens & cu-
stodiet hæc, & misericordias domini intelliget. Sic in
quotidiana hominum conuersatione uidebis nullum
hominem tam esse malum, quin multas & innumerabiles
dotes habeat.

Assuefaciendus igitur est animus, ut magis uirtutes in singulis admiretur, quam uitijs, si qua sunt, offendatur. Habet aliquis uicia, habet idem suas quoq; uirtutes necesse est: Neq; enim omnibus instrumentis que à natura accepit, abuti potest. Profuerit autem illa ratio ad conseruandam cordis pacem. Si enim in uicia tantum & incommoda, que quotidie incidunt, oculos figas, necesse est animum impatientia & odio tentari. Cum igitur illa mala, & res illæ mutari non possint, muteris tu, & aliam induas opinionem, & retine liberum animum disimulatis præsentibus incommidis. Sicut monet optima illa sententia, qua in ecclesiaste sepe usi sumus, Mitte uadere sicut uadit, quando uult uadere sicut uadit. Præsentia autem incommoda & beneficia tot tantaq; sunt, ut pius homo facile præ illis malorum obliuiscatur.

Quia decolorauit me sol.

Sol significat tribulationem: Sicut indicat Christus in parabola de semine, per solem adusto. Item in psal. 131. Per diem sol non uret te, neq; luna per nocte

Dicit igitur, nunc queso illa nigredine ne offensa
dimini, nolite mihi eam imputare, Sol me denigravit.
Q. d. Vbicunq; est uerbum et diuina ordinatio, ubi
cunq; aliqua politia est forma ibi sol ueniet & afferet
nigredinem. Hoc est, diabolus se opponet, ut indeatur
illud uerbum, illa politia prorsus defectura. Sed nolite
offendi non praeualebit Satan.

*Verbum se
quitur etiam.*

Matris meæ filij mihi succensent.

Sic debet in politia agi, ut non solum multæ tribu
lationes sint. Sed ut etiam filij infantant contra matrē
hoc est, politiam, contra mandatum & uerbum Dei.
Qui igitur in imperio est, sciat se constitutum super
seditiosos ciues, quibus nihil deest, nisi occasio com
moda mouendæ seditionis. Ut qui debebant in admini
stratione esse auxilio, illi hoc unicum agunt, quomodo

Vox bonorum eam euertant & diripient. Experti sunt hoc David,
principum. Romani. Et hodie credo hanc unicam omnium bono
rum principum esse querelam.

Posita sum custos super vineas. Ve
rū vineam meam quam habebam, non
custodiui.

Vine. Est grauis querimonia. Fatetur se ius, potestatem,
nomen regis, habere. Sed executio penes alios est, ina
quit: Vinea est populus. Super istum populū ego sum
constitutus rex & princeps. Quid facio? Vineā meā
non custodiui.

Sic

Sic aperte fatetur, non posse humano consilio
 respub. teneri. Sed longè minorem esse omnem huma-
 nam sapientiam, quam quæ ad tantam rem sustinen-
 dam sufficiat. Ratio in promptu est. Sint quantumvis Humano cō-
tū to resp. nō
reguntur.
 bono. Pij, sapientes principes, non tamen mederi om-
 nibus uitijs possunt. Tanta mundi est malicia. Et illi
 ipsi qui in uinea sunt, se opponunt & resistunt, ac no-
 lunt regi.

Quid igitur faciendum est? Num ob tantas diffi-
 cultates & molestias respub. deferende? Non. Sed
 quantum potest, debet illa nigredo ab oculis remoue-
 ri, & occupari animus meditatione beneficiorum
 dei, quæ in uerbo promittit & exhibet quoq;. Deinde
 exemplo huius regis, ad orationem confugiendum est
 Indica mihi tu, quem diligit anima mea

Hæc est oratio, in qua fatetur, sibi deesse sapien-
 tiā & uires bene administrandæ reipub. Sic Dux
 Saxoniæ Fridericus, ad Staupitum dixit: Minus mi-
 nusq; se scire quomodo administret ducatum suum,
 adeò neminem esse, cui tuto aliquid cōmittere possit.
 Sic Cicero, post bellum ciuile hanc uocem indignatio-
 nis & desperationis plenissimam edidit, O me frustra Ciceronis
uox.
 sapientē putatū. Pij ergo principes exemplo Salomo-
 nis orent et dicant: O deus creator et gubernator om-
 niū, quem anima mea diligit, indica quo modo uinea

mibi commissa sit custodienda? &c.

Vbi pascas ubi quiescas in meridie.

*Destitutus sapientia et uiribus suis exoptat Deum
consortem regni. Ostende mihi ubi nam te inueniam,
ut una mecum rempub. ministres. Ego quasi in no-
ste & atra caligine in politia uersor. Tu cubas in
meridie, utinam mihi sic in meridie, id est, in summa
pace liceret regere.*

Vt quid ero sicut opertus iuxta gre-
ges sodalium tuorum.

*Opertura erat signum mceroris, sicut inuolutum
caput apud Romanos. Orat igitur: Exime me his mo-
lestijs, tua ope minue curas, tedia & fastidia tua pre-
sentia. Da animum, ne desperem, aut tantis difficulta-
tibus succumbam. Atq; id iuxta greges sodalium tuo-
rum. Sum in insigni loco, in grege sodalium tuorum.
Sunt adhuc qui uerbo & spiritu tuo regatur. Propter
illos, queso, da successum & tranquillitatē. Sic in tan-
tis difficultatibus ad orationem redit & ad uerbum.*

Si ignoras pulchra inter mulieres.

*Audiuimus querelam qua magistratus queritur
de difficultate administrandi Rempub. quia etiam fi-
liae matris repugnant. Fingit igitur iam personam
sponsi consolantis eos, qui tantas difficultates & mo-
lestias sentiunt. Q. d. Quereris de tua politia, cum
nulle.*

nulla in toto orbe sit politia, quæ cū tua conferri posse
sit, adeò omnibus summis Dei donis abundat. Habet
verbum Dei, prophetas, sanctos iudices, sanctos reges.
Hanc pulchritudinem & formam tuam ignoras?

Sed sic fit, in tentatione omnium donorum oblini- In tentatione
scimur, intenti in præsentem dolorem seu affectum. oblini/cimus
Tentatio enim adeò omnia absorbet, ut nihil nisi ma- bonoru, &c.
lum uideas, sentias, cogites & expectes. Etiam peri-
tissimi sacrarum literarum, cum tentantur, opus ha-
bent eo, qui consolationem ex sacris literis afferat.
Sic necesse est in tentatione, ut admoneamur eorum,
quæ data sunt nobis. Sicut Paulus dicit 1. Corinth. 2,
Iam quoq; consilium addit.

Egredere in uestigijs ouium, & pasce
cum hædis tuis, iuxta tabernacula pa-
storum.

Non aliud tibi consilere possum, quam ut egredia-
ris & pascas oves tuas, quam ut exerceas administra-
tionem tuam. Nihil sollicitus de eo, quod hædos quoq;
in grege tuo habeas, id est, malos, improbos, inobser-
quentes, seditiones ciues. Nihil moretur te mali, pascua
enim propter oves sunt, et politia est instituta propter
bonos principaliter. Sed quid est quod addit in uesti-
gijs ouium? Nemirum hoc, ut intueatur exempla mai-
orum suorum, qui fuerunt oves Dei, sanctos iudices, reges,

^{1.} Ad exem-
plum thorium
maiorum

prophetas, &c. Ut cum uideat illos quoq; uarietatis tentatores, & quius præsentia incommoda ferat. Sic David in Psalm. se consolatur, Memor ero memorabilium tuorum.

Consolatio uerbi. Sic nulla consolatio nullum solatum malorum est quam uerbum Dei. Quaecunq; enim scripta sunt (inquit Paulus Rom. 15.) in nostram consolationem sunt scripta, ut per patientiam & consolationem scripturarum spem habeamus. Christus cruci affixus, Joannes decollatus, Moses uicinus morti, cum iam sui eum lapidare uellent, &c. consolantur nos, ut & quius seruamus tantam mundi ingratitudinem, ut simplici animo nostrum faciamus officium, & nihil hædos morentur.

Equitatui meo in curribus Pharaonis, assimilauit te mea amica.

Hæc est amplificatio institute consolationis. Sicut autem alia tempora belli, alia pacis sunt. Sic quoque hanc amplificationem in duas partes distribuit.

Hæc prior pars ad tempus afflictionis & crucis referenda est. Videris tibi in tribulatione deserta & uicta. Ego autem te assimilauit equitatui meo, id est, in meo conspectu es cœu uictrix cohors, quæ ad dominandum est instructa. Sicut currus Pharaonis omnium potentissimi regis sunt. Puto ideo Pharaonis factam mentionem, quod is inter omnes, qui Iudeis noti erant fuerit potentissimus rex.

Eft

Est consolatio fidei quæ non sentitur, neq; apparet. Nam in suo conspectu Salomonis politia est cœnrimonis. Quare? Quia impedita & turbata malis, & sensu malorum, deserit uerbum & non respicit sua dona. Si autem uerbum uideas, omnia sunt uerissima. Est igitur amplissima promissio, quod Deus eam amicam suam uocat. Sed non apparet, uidetur in speciem potius deserta à Deo.

Pulchrae sunt genæ tuæ, sicut inaures, & collum tuum, sicut monilia.

Hæc altera pars est amplificationis, quæ pertinet ad tempus pacis. Tempus pa.
cis. Tum enim suppetit nobis uerbum Dei, quod in tentatione amittitur, aut è grè retinetur, tunc donis spiritus oblectamur, quæ tempore crucis sensa malorum prorsus animo excidunt.

In aures uertimus propterea, quod illa ornamen-ta in aures.ta siat pulchro ordine inter se distincta & disposita. Nomen Hebraicum alioqui lineamenta, seu ordines significat. Porrò inaures & torques sunt dona spiritus sancti in uerbo. Ea ornant nostrum collum, id est, uerbum est in publico usu, docetur, legitur, auditur, habetur ubiq; copia diuinarum promissionum.

Murenulas aureas faciemus tibi, uer-
miculatas argento.

Murenulas est idem uerbum, quod ante inaures
uerti-

uertimus. Significat autē hic ipsum ornatus augmentum. Q.d. Augebinus tibi istum ornatum, et faciemus tibi ornamenta etiam aurea. Verbum crescit tibi, si id tractaueris.

Verbi natu^{ra}. Est enim uerbum talis thesaurus, qui tractando crescit et distribuendo, seruando autem perit. Oportet ut sit in aſiduo uſu. Quo enim magis docetur, au- ditur, dicitur, eō magis et clarius intelligitur.

Varius u^s. Erunt illa ornamenta non ſolum aurea, ſed diſtin- ſus uerbi. Et a punctis argenti ſeu uermiculata, id eſt multiplex et uarius uerbi eſt uſus.

Sic monet, ut ſe in uerbo Dei, et exemplis in uer- bo propositis, exerceat, tum fore, ut uideat ſe eſſe ea quia tam inſtructum. Neq; moretur hoedos qui ſunt in grege. Qui credit, ille uidet et experitur h.c. Qui non credit illi tante consolationes ſunt ludus & iocuſ.

Adhuc rex eſt in accubitu ſuo.

Consolationem ſequitur, quod politica illa perſonā consolationi credit, que ſingularis fidei uirtus eſt.

Sic enim ferè accidit, ut calamitate & preſenti dolore uictus animus, non poſſit admittere uerbum, quod

Fides. diuerſa à ſenſu promittit. Fides tamen quantumuis afflictia, respicit ad uerbum & uerbo erigitur.

Sic in hoc loco dicitur. Adhuc Rex eſt in accubitu ſuo

CANTIC. MART. LVTH. 308

suo. Q.d. in tentatione sentiebam, deum longissime à
me recessisse. Quare etiam postulabam, ut mihi indi-
caret; ubi nam pasceret. Verum nō abiit, est præsens
atq; in conuiuio accumbit, id est, fauet, amat, tuetur,
seruat. Non cogitat quomodo me perdat, affligat, ex-
cruciet, sicut ante in tentatione sentiebam.

Nardus mea dedit odorem suum.

Mea oratio ad eum perlata est, cum molles essent
aditus, & adhuc in conuiuio accumberet. Quare etiā
ei placuit, delectauit eum, & exaudita est.

Fasciculus myrrhæ, dilectus meus
mihi. Inter ubera mea commoratur.

Addit iam commendationem consolationis, et am-
plificat consolationem suauibus figuris. Non est pro-
cul Deus, sed in medio nostrum uersatur, ac in sinu et
complexibus meis est, sicut fasciculus myrrhæ, id est,
fauet, protegit, cōsolatur, &c. In summa. Sic erga me
est affectus, sicut sponsus erga sponsam.

Notandum autem quod hæc non sint ita, ut palpa-
ri possint. Sed manet hæc consolatio in figura odoris.
Odore tantum sentiuntur ista, ut significetur myste-
rium fidei. Quod scilicet deus uersatur in populo suo
per odorem, id est, per uerbum & nomen suum. Quomodo
deus inter
suos ueretur
Magna fides sit oportet, que hæc de Deo credere po-
test. Quod sit inter ubera, id est, proximus &
intimus

intimus nobis, non iratus, &c.

Boirus Copher, dilectus meus mihi
in uincis Engeddi.

Est commendatio figurata consolationis, quod
Deus amet, faueat, protegat. &c. sicut supra.

Botrum Copher puto esse balsamum. Idq; bac rada
tione, quia addit in uincis Engeddi, que ciuitas est in
Copher. tribu iuda, ad mare mortuum, ubi sunt horti balsami.
Sic igitur existimo, ipsam arborē antiquitus Copher
appellatam. Balsami autem nomen recentius esse, à pre-
Balsamum. tio inditum, quod omnia reliqua unguenta Balsamum
longè supereret.

Ecce tu pulchra es amica mea, Ecce
tu pulchra.

A tentatione, ubi consolatio uerbi animum occu-
pauerit, tum non solum sentimus, quod amet nos &
faueat nobis deus, uerum hoc etiam sentimus, nos plaz-
Mutuum te cere Deo, nos Deo gratos esse, Deum nostri curam
testimonium conscientia agere. Sic dant mutuum testimonium conscientia &
conscientia & spiritus. Conscientia sentit se placere Deo, quare lau-
dat Deum. Hanc fidem approbat spiritus sanctus &
uiciissim nos commendat. Id quod hoc loco uides
expressum.

Oculi tui, oculi columbarum.
Columba. Columba habet simplicitatis laudem. Commen-
dat

dat igitur hic simplicitatem fidei, quod in tribulatione non variat consilia. Sicut illi faciunt, qui sunt sine uerbo, qui non columbinos sed meretriceos oculos habent, iam in haec, iam in illa consilia uertuntur. Sic ut hoc toto tempore uidimus in euangelij hostibus. Fides Fides, autem uno eodemque simplici prospectu in promissionibus Dei haeret, & bene sperat de sua salute in periculis maximis.

Ecce tu quoque pulcher es, amice mi,
& decorus.

Est abundantia consolationis. Spiritus sanctus dat testimonium in corde, ut certo sentiamus nos placere deo, & pulchros esse. Fit igitur uiciissim, ut nos quoque confiteamur, deum esse pulchrum, id est, placere nobis, &c. Hec autem pulchritudo non appetit in tempore tribulationis.

Lectulus noster floridus. Ligna dormorum nostrarum cedrina, Laquearia nostra cypressina.

Sunt omnia allegorica, quibus significat letitiam, quam ex consolatione hausit. In omni politia sic fit, quod ad quaecunque pericula uidetur dilapsura & peritura.

Eum affectum Salomon hic indicat. Q.d. Putabat ante futurum, ut totum regnum corrueret, Videbatur

batur non regnum, non politia, sed uetus aliquod
edificium esse, quod, ad quosvis uentorum impetus, di-
laboretur. Verum nunc post acceptam consolationem
video constabilitam meam politiam, perinde ac dor-
mum ex Cedro extractam, ex materia que non cor-
rumpitur, sed longissime durat. Video quoq; sic orna-
tam, ut floridum lectulum. Sic, quemadmodum in ten-
tatione nullus temptationis finis apparet. Ita credens
tibus consolacioni, perpetuum gaudium fore uidetur.
Sicut in Psalm. 30. dicit. Dixi in abundantia mea. No-
mouebor in eternum.

CAP. II.

Summa 1. **P**rimum caput habuit gratiarum actionem, pro
cap. constituto & egregie ornato regno. Item conso-
lationem, qua magistratus in civilibus periculis &
incommode uti debet. Cum uidet nusquam succedere
& nonnunquam optima consilia pessime cadere. Lu-
bet enim nos exire, & uidere exempla patrum. Nec
tantum intueri in mala, quibus premur, sed etiam
considerare bona nostra, quibus diuinitus ornati
sumus, &c.

Summa 2. In hoc secundo capite sequitur descriptio alterius
cap. cuiusda temptationis, quod præter ista domeſtica mala
etiam acerbiſima mundi odia, populus iste sustinuit.
Sicut enim in primo capite docuit, ut uiri simus, qui
domeſ-

domestica incommoda uincamus. Ita hic docet, quomodo contra mundi odium pius magistratus se mire debeat.

Ego flos campi & lilium conuallium.

Hec querela est, in qua proponit periculum. Nam ad antithesin respicit. Flores, qui intra muros et parietes nascuntur, tuti sunt ab hominum & bestiarum insultu. Sed nos inquit, sumus sicut rosa in aperto agro, ad quam cuique patet aditus. Non nego me flos rem esse, agnoscō donum politie, quod Deus mihi dōnauit. Sed utinam flos iste sepem habeat. **Flos campi** Quis enim pericula omnia enumerauerit, quibus sumus expositi in medio gentium, ceu in aperto agro habitantes.

Ad hunc modum, magistratum possimus uocare florem campi, ob pericula infinita, quibus est expositus. **Magistratus flos campi.** Lilium conuallium uocat florem in inferiore planicie, sortasse ut distinguat inter magistratum superiorem & inferiorem. Nam quod florū diuersa genera sunt, potest quoque referri, ad diuersitatem donorum in bona repub. Ea hanc consolationem habet, quod est rosa. Etsi autem coram mundo appareat, quasi sit sine sepe & incustodita, tamen quādīus uerbum Dei & cultum retinet, est circundata & septa quadrigis igneis, quos Heliseus ostendebat ministero. Sicut Daniel quoque ostendit rerumpub, custo-

des esse angelos. Sed hæc præsidia tantum fideles cernunt.

Sicut lilyum inter spinas: Sic amica mea inter filias.

Hic personæ mutatio est, Ebræis usitatisima. Superiora enim in populi persona dicta sunt. Nunc dominus loquitur, q. d. Verum dicis: quod sis flos agri, Mihi enim flos es, etiam si uidearis esse incustoditus flos. Sed audi aliquid amplius: Es uere flos inter spinas. Sic enim te iudico esse florem, ut reliquias res publicas regna reliqua omnia iudicem, nihil nisi spinas esse, natae & paratas ad incendium.

*Regna gen
tiū uidentur
rose etc, po
litie, in qua
ecclesia de
bet spinæ.*

Ad hunc modum si intelligamus hanc particulam, commode subiicitur querelæ consolatio. Sed hæc consolatione est fidei tantum. Nam si speciem sequaris, gentium regna, quia quieta sunt, & fortunata, opibus ac claris uictorijs ornata, non spinæ, sed pulcherrimæ rose esse uidentur. Econtra, politia in qua ecclesia est quia uarie premitur, uidetur in oculis dei negligi, sicut spinæ. Quare fide statuendum est, secundum hanc dei sententiam, etiam cum contrarium apparet, alias gentes, spinas, hunc autem populum, quantumcumque coram mundo oppressum, rosam esse.

Quidam sic interpretantur, ut non sit consolatio, sed confirmatio prioris querelæ. Non solum es flos agri,

Sed es sicut rosa inter spinas, quæ undiq; pungitur, ne emergat, sed mibi consolatio magis placet.

Filias appellat communi tropo, ciuitates & populos uicinos gentium.

Sicut malus inter arbores sylvestres sic dilectus meus.

Hec dicuntur in persona populi, est enim totus liber, quasi colloquium inter deum & populum suum, seu inter conscientiam & uerbum.

Sententia autem hæc est, sicut tu deus me habes unicam rosam : Sic ego econtra, nullum uolo amplecti, colere & timere deum, quam te. Etsi enim multas speciosas arbores uideam, tamen sola malus est, quæ mihi placet. Malum autem ideo potissimum nominat, quia hæc arbor inter fructiferas primam laudem habet.

Recte igitur respondent hæc inter se. Pius populus est deo rosa, reddimus ei flores, dum prædicamus, oramus, confitemur, &c. E contra, ipse est suo populo frutifica malus, ex qua pascitur & omnia commoda habet. Ceteri dij si qui coluntur aut singuntur ab hominibus, sunt quasi sterilia ligna, quæ non ad pastum, sed ad ignem pertinent. Dei autem est, prodeesse, alere, defendere, gubernare, iognoscere, & tandem saluare.

Inter filias.

Simpliciter expone. Inter populos, aut inter eos
quæ coluntur ab hominibus, sicut Hebrei nomine filii
latissime utuntur.

Sub umbra illius quem desiderauit sedi

**Umbra de-
sensio piorum**

Umbra significat defensionem. Et ideo hæc figura
est aptior est, quia defensio piorum uidetur planè nulla
esse. Cum tamen res ostendat esse certissimam & fir-
missimam, non solum contra mundi pericula, sed etiam
contra portas inferorum.

Addit autem hic causam, cur nullam arborem ma-
lit, quam malū, quia utrumque præstat mihi deus meus,
defendit & alit. Defensio certa & tutissima est. Ideo
libenter sedeo sub hac arbore. Significat autem uerbi
sedendi, perseverantiam. Qui hanc malum nō habent
sicut gentes, hi incerti huc illuc errant, & omnibus sa-
tanae insidijs patent.

Et fructus eius dulcis gutturi meo.

Hoc alterum beneficium est, quod de malo hac
predicat: Nempe, quod non solum defenditur politia
pij populi à deo suo, sed etiam, quod omnis generis al-
lia beneficia ab eo accipit. Hæc tum magna sunt, cum

Beneficia applicantur ad beneficium uerbi, in quo uera alimo-
uerbi. nia consistit. Quod scriptura non solum consolatio-
nes promissionum suggerit, sed etiam uaria exemplia
& historias, quibus fides in Deum alitur, & confir-
matur.

matur. Impij nihil sub arboribus suis expectare pos-
sunt, quām arida folia. Sed nostra solatia eiusmodi
sunt, ut etiam mortem subire non sit acerbum.

Ad hunc modum consolatur se contra pericula,
contra odium & iras hominum, fauore dei, & prædi-
catione gratiæ Dei. Quæ summa ars est in omnibus
tentationibus. Nunc igitur hunc sensum fuentis gra-
tiæ amplificabit multis uerbis. Neq; in re difficultas
aliqua est, Tropi aliquanto duriores sunt, & requi-
runt integrum & ociosum interpretem. Ego uero sic
distrahor negotijs & curis, ut ferè nihil ocij relin-
quatur ad colligendum animum, & tamen uia facien-
da est alijs, ut inueniant aptiora.

Deducit me in cellam uinariam,

Non solum defendit & alit, sed etiam implet me
gaudio. Vinum enim letificat cor hominis. Porro le/ Vinum.
ticia hæc, est sensus gratiæ diuinæ, ad quem reuelatio
uerbi nos reuocat. Quidam referunt ad benedictio-
nem temporalem.

Vexillū eius erga me charitas.

Milites in castris ex uexillorum ratione ordinan-
tur. Sic inquit, Agnosco meum uexillum sub hoc deo, Beneficia eo
rum qui uer-
bum habent,
quod est charitas, ad hanc sum ordinata. Si quis hic
differentiam querit, potest superiora referre ad con-
scientiam & pacem cordis, seu ad beneficia spiritua-

lia. Hoc autem potest referre , ad beneficia externa ,
& politica , quæ deus ijs confert , qui uerbum sum
habent , & id sequuntur . Sicut Paulus dicit : Pietas ha
bet promissiones huius uitæ & futuræ . Item in psalm.
37 . Saturabuntur iusti in die famis .

Psi tantum
rescunt deo
accepcta cor.
poral' a bene
uicia.

Est autem hoc gratitudinis , etiam hæc corporalia
beneficia deo accepta ferre , sicut Salomon hic facit .
Nam et si alia quoq; regna habeant opes , potentiam
&c. Tamen sui populi in eo melior conditio est , quod
statuit se eadem habere dei benignitate , sic nos quoq;
debemus oculos , aures , & omnia alia , que habemus
agnoscere , ceu summa dona & certissima testimonia
benevolentie dei erga nos . Ideò enim militari figura
ra Salomon utitur . Et hæc beneficia interpretatur
uexillum , seu signum esse ad quod deus populum
suum reuocet & colligat . Aequiore autem animo
postea ferimus , cum iterum auferuntur ista , quod
sentimus ea à deo donata esse , & tantum concessa
ad usum , non ad æternam possessionem . Nunc ad
populum uertitur .

Fulcite me floribus , stipate me malis .

Consolatus est se beneficijs dei contra odium
mundi , & prædicavit ea . Nunc uertitur ad totum po
pulum optat , ut idem secum faciant , ut discant agno
scere has

scere hec beneficia Dei, et pro ijs agere gratias. Hoc est, quo postulat afferri ab alijs quoq; flores seu rameos & poma, et se sustentari ac refocillari.

Respicit autem ad scandalum, quod mundus solet admirari uagrificantiam et splendorem. Qu. d. Offendimini, quod meum regnum uidetur longe esse infra alia gentilium regum regna. Sed queso uidete, sub cuius umbra sedeam, et apparebit tenuitas nostra maior esse omnium gentium potentia et opibus. Nolite igitur illo mirari, me potius laudate et agnoscite hoc Dei donum quod nos habemus. Sic et me et alios sustentabis et recreabitis, quos etiam nonnunquam mouet scandalum infirmitatis.

Quidam exponunt flores, pro ministris, qui intelligent et ornant ista dona Dei. Sicut Patriarchae et prophetae, hoc beneficium regni constituti inter Iudeos summis laudibus ornant. Sed mihi prior sententia uisa est esse simplicior.

Quia amore langueo.

Sumpta est similitudo ab amore iuuenili, cui regnum tribuitur praे alijs affectibus. Hoc ideo, inquit, peto, quia totus amore Dei mei accensus sum, ex illa consideratione beneficiorum eius. Ideo tantopere opto ab omnibus ea intelligi, et pro ijs agi gratias.

Scandalū
firmitatis.

Amor iuuenili.

Leua eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me.

Amor sponsi

Est hæc quoq; similitudo sumpta ab amore sponsi & sponsæ, qui sanctus & licitus est. Ideò eum Satan odit & impedire conatur, tanquam fontem sibolis & educationis.

Beneficia populi Iudaici. Comprehendit autem hic duo præcipua beneficia huius populi, regnum seu politiam, quam læuam uocat, & sacerdotium seu cultum Dei. Hi amplexus, inquit, faciunt, ut ferarum & spinarum ictus hæc rosa sufferre possit, quia tota est in amplexu Dei, siue Ecclesiastam, siue regnum inspicias, utrinq; enim est uerbū Dei. Hanc cognitionem: imò fidem hanc libenter exercitaret Salomon in alijs quoq;

Adiuro uos filiæ Hierusalem, per capras ceruosq; camporum.

Hæc sponsi uox est, qua respondet sponsæ, ut eam consoletur in fide hac.

Sed priusquam sententiam explicemus, ad hanc questionem respondendum est. Cur iuret per creature cum id uideatur esse prohibitum Matth. 5. ubi Christus prohibet, nec per cœlum, nec per caput esse iurandum: &c. Sed quæ eius loci sententia sit, satis ostendimus alibi.

Nunc satis est, quod idem locus testatur, hunc posse

pulli huius fuisse morem, ut iuraret per *creaturas*.
 Sic in libris Regum nota est iuramenti forma. *Viuat*
rex, Item, *viuat anima tua*. Et Jacob iurat. Per *timo-*
rem patris sui, sic nos iuramus. Per fidem nostram.
 Sic primum exempla ostendunt, non simpliciter pro-
 hiberi, ne iuretur. Deinde etiam ratio satis firma est,
recte turari etiam per creaturas, cum eas tanquam
Dei signa producimus. Id enim non est ex *creatura*
idolum facere.

Nunc sententiam huius loci explicabimus. *Cat-*
reas & ceruos, uocat sanctos prophetas, duces &
reges in hoc populo, qui expositi erant omni us fini-
timis tanquam cerui in agro. Per maiores uestros,
fide & spiritu insignes, uos adiuro. Ac conuenit si-
militudo. *Recte enim per bestias simplices*, & om-
nium iniurijs expositas, sanctos homines in hoc po-
pulo pingit.

Ne suscitetis, nec euigilare faciatis
amicam meam, donec ipsa uelit.

Somnum uocat, quod delectatur pius populus istis
donis, qui est in amplexu Dei sui, & sentit fauorem
Dei. Hunc somnum, inquit, nolite ei excutere, sed ma-
nete tranquilli, ut diu possit frui hoc sensu.

Vox dilecti mei.

Hæc sp̄sæ uox est, qua significat se audiuisse cō-

solationem sui sponsi, & exhortationem ad suos, ut
sint quieti, ne moueant turbas. Huius exhortationis in-
quit, certum fructū sentio, neq; uerbum est inefficax.
Nam qui alioqui turbas daturi erant, uerbo reuocan-
tur ad obedientiam & tranquillitatem.

Ecce uenit saliens in montibus, tran-
siliens colles. Similis est dilectus meus
capree, hinnuloꝝ ceruorum.

Verbicursus Hoc est, Per uerbum salit de ciuitate una in aliam
ut ubiq; sentiatur fructus ministerij inter homines. Si-
militudine hinnuli & capree, significat uerbi cur-
sum, quod fructus suos longissime, et magna cun-
teritate propagat.

En ipse stat post parietem nostrum,
respiciens per fenestras, prospiciens
per cancellos.

Hic iterum significat se ista omnia habere in fide.
Sic enim solet spiritus sanctus, cum magnifice prædia-
cat dona Dei, ut intelligamus eum loqui, non de cara-
nali consolatione, sed de gaudio conscientie. Deum
nemo uidit unquam, sed uelamen nostrum est fides, ita
ut certo habeamus ea que promittuntur, & tamen ea
non uideamus nec sentiamus.

Quod igitur dixit saltare sponsum sicut hinnulum
de colle in collem, & ubiq; præsentem esse, gubernare
& in-

O inspicere omnia, hoc iam refert ad fidem. Quod uerè quidem adsit, sed tamen non uideri eum. Stare post parietem, non cerni oculis, manu non palpari. Sic Christus adest Ecclesiæ sue per uerbum & sacra menta, sed non cernitur oculis.

Ac ihs qui in repub. uersantur hac consolatione opus est. Nam cum impossibile sit, mederi omnibus malis, etiam si cupias. Non ideo sentiendum est, Deum non curare imperia. Ita enim adest, ut tamen stet post parietem, & per cancellos ad nos respiciat.

En dilectus meus loquitur mihi.

Mitigat quod uidebatur paulo asperius dixisse. Stat post parietem, uidetur nonnunquam suos deseruisse. Sed non stat mutus, loquitur tecum & consolatur, ut patienter feram, si qua nonnunquam incidunt incommoda.

Surge, propera amica mea.

Blandissima uerba hæc sunt, quibus respondet sponsus spouse sue laboranti, & tamen perseveranti in fide, ut certam retineat fiduciam hanc, quod sit amica Dei sui, etiam tum cum uidetur à Deo deserta. Sic regnum Iudaicum satis multis calamitatibus quassatum est. Et tamen vox sponsi semper testata est insignem amorem erga populum suum, etiam postea in captiuitate.

Formosa mea, & ueni.

Emphasis est in pronomine mea. Q. d. Nibi es formosa, quanquam coram mundo sis contemptissima. Forma autem hæc posita est primum in uerbo & dominis spiritus sancti. Deinde in externa administratione seu politia, pulcherrimis legibus diuinitus instituta.

Iam enim hyems transiit, imber abiit & recessit.

Ver. Sunt uerba solatij, quibus significat commutatio nem fortunæ. Vernal tempus recte comparatur tranquillitati ecclesie & politie. Sicut è contra hereses, seditiones, bella, non minus deformitatis habent & **Hyems.** pariunt, quam hyems.

Consolatur igitur populum Iudaicum, ut redeat ad hilaritatem. Siquidem pax sit parta Ecclesie & Politie, superatis temptationibus, quibus aliquando laboratum sit. Futurum igitur, ut uirescant & renouentur omnia in politia & ecclesia, que turbata ac desolata hactenus sint per tyrannos & hereticos. In hanc spem uocat populum suum, &hortatur ut eam surgere. amplectatur. Id enim est surgere, & ad sponsum uenire.

Flores apparuerunt in terra, &c.

Geminibus terre comparat iuuentutem, que in pace educatur, ad cultum Dei, & studia literarum,

etc;

^{Atq; alias honestas, & reipub. utilles, artes.}

Vox turturis audit a est in terra nostra.

Turturem uocat pium populum , seu ecclesiam.

Turtur enim uerius gemit, quam canit. Post educatio-

nem autem, hoc aliud commodum est pacis, quod re- Turtur.
ligio propagatur, & hominibus suppetit ocium ad di-
scendum uerbum Dei.

Ficus protulit grossos suos , et uites
per florem dederunt odorem.

Educationem & sanam doctrinam, sequuntur alia commoda, ut homines frugi sint, ac sancte uiuant. Et hoc significat per grossos, seu immaturas ficas, & suauem odorem florium uitis . Ad hanc spem uocat Salomon populum suum constitutum in regno & cul-
tu Dei diuinitus tradito.

Columba mea.

Columba in sacris literis semper laudatur. Primum ob simplicitatem & innocentiam. Deinde ob fecunditatem. Et notum est Christi dictum : Estote similes columbae, & prudentes ut serpentes. Ideo ecclesiæ figura est Columba, que cum omnium iniurijs patitur, non tamen reddit iniuriam, sed patitur. Sichortatur Paulus Corinthios, ut in sinceritate & ueritate ambulent, abiecta illa humani cordis nequitia, que

Columba ee
clesiae figura

Math. 10.

1. Cor. 5.

tum

tum diuina tum humana omnia uertit in suum cōmodum Hæc autem columbina simplicitas est, querere que Dei sunt & proximi.

Quæ habitas in abscondito petræ.

Hic diuinare cogimur, quid uoluerit Salomon.

Quidam per Antithesin sic exponunt. **Quod** iste populus simplex & pius non superbe habitet, sicut mundus & alia regna mundi. Sed quod habitet, sicut aunculæ conterræ, & in diuersa pulse, quæ praesidia querunt in cauernis lapidum, &c.

Cauernæ petrarum.
Sed mihi magis placet petrarum foramina, accipere pro templo in Hierusalem & toto cultu dei. **Quod** ecclesia secundum uerbum dei, in Hierusalem sacra faciat, intra parietes templi, ceu intra petrarum cauernas, habitet, non sequatur lucos, ualles, &c. Sicut aliud profanum idololatrarū uulgs. Ut per Emp̄sin petrarum cauernas dicat quod ibi nullum idolatriæ periculum sit, sed sit certa exauditio, & certa defensio, &c.

Ostende mihi faciem tuā, sonet uox tua in auribus meis, &c.

Quandoquidem perseueras in puritate doctrina & sancto cultu, exerce eam in loco à me prescripto. Canta & doce, lauda & age gratias. Mibi enim placet facies & uox tua. Nam credentium omnia opera

opera grata sunt, & deo placent. Sunt uerba consolatoria.

Sed nunc statim curabitur uulpecula, que nouas molestias concitat. Sic enim solet satan, cum sit totus contaminatus, tamen non occupat cineres, aut foeda loca, in quibus sedeat. Sed eligit mundissima loca.

Satan eligit
locum mundissimum.

Vult esse inter filios dei, sicut Hiob primo capite est. Ideo in ecclesia falsos fratres, in politia, seditiones ciues concitat. Opus ergo est, ut ambulemus caute, ut monet hic Salomon.

Capite nobis uulpes, uulpes paruulas, que demoluntur vineas.

Vineam supra diximus esse populum dei. Sicut etiam Esaiæ 5. ostenditur. Facile est igitur intelligere, qui sint uulpes quas capi iubet. Et ideo de duabus uulpium generibus dicit: de uulpibus & paruulis uulpibus, ut significet utriq; periculum esse ab astutis & maliciofis hominibus in repub. & ecclesia.

Vineas.

Paruulae uulpes, sunt falsi fratres in ecclesia & hereses, que primo ita serpunt, ut difficile possint observari. Qui autem respub. turbant, illi statim produnt se seditionis consilijs, similes maioribus uulpibus que non ita possunt se occulere.

Nam uinea nostra floruit.

Vide satanae insidias, captat id tempus, quo plurimum nocere

nocere potest. Sic sub Papatu tranquilla erant omnia
Sed postquam uerbum cœpit seminarī, seditiones &
hæreses exortæ sunt, quæ subnascētē euangelij fru-
gem corrūperent. Cum antea alta pace tum resp. tum
ecclesiæ uiderentur frui. Quanto igitur certior ostenditur
fructus uerbi, tanto est cauendum magis, ne in-
fidijs Satane relinquatur locus.

Dilectus meus mihi, et ego illi.

Est quasi Epiphonema, quo respōdet sponsa sponso, & spondet, se hoc uelle facere, ut perseveret in similitudine, & uulps obseruet ac capiat.

Qui pascitur inter lilia, donec asp̄ret dies, etc.

Manebo cum sponso meo, pascenti inter Lilia, etiam si nox & umbra uenerint.

Reuertere, similis esto, dilecte mihi, capreæ hinnuloq; ceruorum, super montes Bether.

Est precatio, mane tu quoq; apud populum meum & esto similis Capree currenti in montibus, ut singularis ecclesiæ & respublicas uisites, cures & gubernes.

Quod retinuit Hebreum nomen, super montes Bether, appellatiuum esse debet, non propriū. Significat enim in montibus diuisis seu partitis.

C.A.P.

CAPVT TERTIVM.

In lectulo meo.

HAECLENUS audiuiimus Salomonem in genere cōn
uentē de Politia sua, in qua cultū dei habebat,
ab ipso deo institutum. Nunc paulatim incipit digredi
ut perueniat ad tempus & personam suam. Quare se
quentia ferme omnia tanquam ad Salomonem perti-
nentia accipiamus.

Lectum uocat regnum, magistratum & populum Lectum,
in quo cubat & quiescit ipse sponsus deus. Hęc figu-
ra nota est ex Isaia propheta: Parasti, inquit, lectos
tuos in omni monte, ibi cum tuis amatoribus uoluta-
taes, &c. Loquitur enim de idololatria populi, signi-
ficans totam illam religionem & cultum congrega-
tum in montes, &c.

Per noctes quæsiui quem diligit ani-
ma mea.

Quod autem dicit se quæsiuisse, significat ista in-
cōmoda reipub, que uaria solent incidere: Nam ante
Salomonem plurimis tempestatibus iactatum est re-
gnum Isräl, sicut notum est ex regum historia.

Huc etiam facit circumstantia temporis, quod nos Nox,
et hoc est, in ipsis calamitatibus quæsiuerit, hoc
quod diligebat, ac optauerit quietum & stabile re-
gnum: Nam in neutro genere ponitur.

Surgam & circumibo ciuitatem,^{&c.}

Pertinent hæc quoq; ad descriptionem afflatis.
quo optat bonus rex, & totus populus tranquilita-
tem, & finem malorum in Politia & ecclesia.

Inueniencrunt me uigiles qui circum-
eunt ciuitatem,^{&c.}

Custodes. Custodes sunt iudices & principes. Inter hos in-
quit, quærebam hoc, quod diligo pacem scilicet &
tranquillitatem. Sed neq; sub Saule & Davide, nec
ante eos, sub iudicibus eam inueni. Quoties nouis aut
Iudex aut rex dabatur, spes erat, futurum ut sanarens
tur incommoda reipub, sed non inueni. Donec faw-
Salomon. niebam demum quod quærebam. Sicut etiam nomen
eius id promittit.

Tenui eum.

Omnia hæc, ut dixi, de persona Salomonis acci-
pio dicta esse. Sub cuius imperio regnum pace &
omni genere benedictionis, florentissimum fuit. Neq;
hic accipienda hæc sunt, quasi sui ipsius encomium
conscripterit. Dicuntur enim omnia in persona Poli-
tiae agnoscantis dei beneficia, que per plium magistra-
tum donavit deus, & agentis deo gratias. Ad hunc
quodum accipendum est hoc encomion Salomonis,
quod in hoc capite texitur.

Nte

Nec dimittam, donec introducam
eum in domum matris meæ.

Domus, cubile, thronus, palatum, & similia sig-
nificant ipsum populum seu regnum. Q.d. Popu-
lus meus sunt, sicut lectus uiduus. Quot enim & quan Lectus ui-
ta incommoda seditionum, bellorum, simultatum, etc. duus.
sustinuit? Sed postquam deus Salomonem dedit regem
populo suo, parta pax & tranquillitas est, ut securus
cubet & quiescat in lecto matris sue.

Adiuro uos filiæ Ierusalem per ca-
reas, &c.

Sic uocat, ut supra quoq; ostendimus, sanctos pro Capres
phetas in hoc populo. Quin includit quoq; ipsum
Christum, tanquam sanctorum omnium caput.

Quæ est ista, quæ ascendit per deser-
tum, sicut uirgula fumi.

Hic locus de beata uirgine decantatus est, ut sci= Ignorantia
licet nusquam deessent uestigia, que probarent incre/ papistarum
dibilem ignorantiam & cæcitatem aduersariorum
nostrorum.

Nihil hic de beata Virgine agitur. Regnum Iu-
daicum, quale sub Salomone fuerit, elegantibus &
poëticis figuris describitur & commendatur, ut sit
sententia. Politia & regnū sub Salomone fuit fragran-
tissimū, ita ut suauitate odoris, seu celebritate famæ

* * omnia

omnia uicina regna impleuerit. Recte igitur compa-
ratur fumo, qui ex incensis aromatilis surgit, &
tota palatia implet. Sic suauitate huic gratissimi o-
3. Reg. 10. doris, regina Austris invitata est, ut ad Salomonem
ueniret, &c.

Quod uarias species aromatum colligit, & ex ijs
fumum dicit surgere, eò pertinet, quod uaria dona in
hoc populo fuerunt, sapientia, prudētia, patiētia, fides.

En lectulum Salomonis sexaginta
fortes ambiunt.

Lectus 8d= Hic uides Salomonis lectum dici, qui antea de le-
lomo. Etus erat. Diximus autem lectum esse ipsum popu-
lum. Hunc dicit munitum esse sexaginta fortis.
Per eos aut militia recte intelligitur, aut qui in pace
administrabant rem pub. socij consiliorum Salomonis
Neq; enim possibile est, unum, et si sapientia summa sit
posse omnia negocia sustinere.

Vnus igitur in lectulo cubat, qui regni caput est.
Apud hunc excubant sexaginta, tenentes gladium in
manibus & docti ad prælia. Hoc est, qui administra-
tionem reipub. uocati sunt, & etiam afferunt pruden-
tiam rerum gerendarum. Vtrunq; enim requiritur,
ut & apti sint & uocati. Quod addit:

Vniuersusque gladius super fœ-
mum eius.

signi

Significat sollicitudinem & curam quam administratio politica requirit. Oportet enim in omnes occasionses intentum esse, nusquam cessare, nunquam securum esse. Sicut Paulus dicit qui praeest, presit in sollicitudine. Roma. 12.

Lectulum fecit sibi Salomon.

Encomij pars, quam hactenus audiuimus, est nihil aliud quam gratiarum actio pro leclo, hoc est populo. Hic de lectica seu sede meminit, quam Salomon sedes sibi comparauit. Neq; autem est, ut putemus hec de monis. materia dici, sed sedi seu lectice comparat leges & iudicia, quibus populum suum instituit Salomon. Hec commendat ita, quod insignita fuerint, auro, id est, sapientia, argento, id est, eloquentia, purpura, id est, amore charitatis, cedrino ligno ex Lybano, hoc est, incorruptione, ut stata & fixa essent. Sed cur hoc?

Propter filias Ierusalem.

Non propter gentes, sed propter populum dei.

Egredimini filiae Sion, & uidete regem Salomonem.

Est hec quoq; aptissima huic Encomio particula. Quasi dicat: Ostendit uobis quale regnum uobis deus sub Salomone dederit, & quantis donis cumulati sitis, quod & in repub. domi leges ac iudicia, & foris pace habetis. Nunc etiam hoc facite, uidete

initia horum donorum. Non rapuit Salomon regnum per tyrannidem, sed mater sua coronauit eum, hoc est, consensu totius populi regnum ei delatum est. Igitur intuemini & complectimini eum, & deo agite gratias pro ipsis donis suis, quae tam large in nos, sub hoc rege, distribuit, &c. Atq; hæc particula salis ostendit huius figuratæ orationis, qua ubiq; utitur, nolum alium sensum esse, quam quod rem pub. suam ornare, & pro ea gratias agere Salomon uoluit.

CAPVT QVARTVM.

Quam pulchra es amica mea.

IN tertio capite audiuimus uocem sponsæ, laudans Igitur deum & agentis gratias, pro regno per Salomonē instituto. In hoc capite respondet sponsus, sunt enim alterna cantilene.

Porrò hæc commutatio, quod alternis canunt populus & deus, eò pertinet, ut fides, quasi arrabone spiritus confirmetur, ac certo statuat ista placere deo et se esse in gratia. Quod igitur populus antea predicit dei dona in hoc regno, idē nunc audit ab ipso deo fieri, ut eò ad gratiarū actionem magis accendatur, & certius sua dona intelligere & intueri rectius discat. Ideò dicit: Quam pulchra es, ó regnum Israel, quam es sanctum, quia certe statuis te deo tuo placere. Incipit autem descriptionem pulchritudinis à capite.

Oculi

Oculi tui columbarum.

Oculi significant ductores & doctores. Sic ~~Lucas~~ Oculi,
 10. Lucerna corporis est oculus. Hos columbinos uocat, hoc est, simplicitate insignes. Id enim in doctore
 præcipue requiritur, ut maneat in simplicitate doctrinæ & religionis.

Hoc igitur primum est, quod in populo hoc Deus
 predicit, quod habet sacerdotium & iustum cultum
 Dei. Hi oculi sunt, qui primam commendationem mes-
 rentur. Sicut Daniel quoq; in leone suo, hoc est, regno Leo in Da-
 Babylonico, commendat quod stabat in pedibus, si ut niele.
 homo, erecto capite, & habebat humanum cor. Nam
 id eò pertinet, quod ea monarchia donata fuit cogni-
 tione Dei, sicut testatur regis editio.

Sed hic obseruemus, sponsam hanc habere colum-
 binos oculos coram sponso. Coram mundo enim nisi
 bil iudicatur foedius, aut deformius esse. Neq; enim sa-
 pientia carnis, banc speciem iudicare potest, quam
 et si uideat, & audiat, tamen uidet eam, ceu per co-
 loratum uitrum.

Absq; eo quod intrinsecus
 latet.

Ego sic uerto. Oculi tui, oculi columbarum, intra
 Cincinnos tuos, ut significet cesariem ad oculos usq;
 Propendentem. Nam ea quoq; insignis commendatio-

sincinni. est in puella. Porro Cincinni significant ornatum ^{fa-}
cerdotij. Sicut in Ecclesia necesse est omnia ordine &
decore fieri. Sic apud Esaiam quoq; est: Abradet do-
minus capillos & barbam per Assyrium. Et alibi:
Calvo capiti assimilat populum, priuatum sacerdo-
tio. Quidam per Cincinnos malunt intelligere reli-
capite. quos duces populi.

Capilli tui sicut greges caprarum, que
tonsæ sunt in monte Galaad.

Fortasse alludit ad locum Gene. 31. quod Iacob
cum gregibus suis in Galaad pernoctauit, cum redi-
ret ex Mesopotamia. Quanquam mihi aptius uide-
tur, quod respicit ad nomen montis. Significat autem
cumulum testimonij. Hoc nomine ad templum alludit,
Galaad. ubi sacrificia & cultus cæteri exercebantur.

Similitudo ca-
pillorum, Non simpliciter comparat capillum capris, sed
gregi caprarum, ad significandam concordiam &
consensum eorum qui in populo docent. Ideò etiam no-
minat tonsas capras, non quod tonsæ sint, sed quod
capilli ita pares sint, ac si pexi essent.
Dentes tui sicut greges tonsarum quæ
ascendunt de lauacro.

In dentibus candor, in oculis nigredo commenda-
tur, sicut scitis. Sicut autem capillorum similitudo,
offendit consensum doctorum inter se. Ita etiam den-
tis uide

tes uidemus in ordinem positos esse, & quasi mutuo
sese iuuare. Est autem dentium mordere.

Dentes.

Id in doctore etiam requitur, ut sit potens ad ar-
guendum & conuincendum. Debet autem hoc sic fieri,
ut tamen dentes sint candidi, hoc est, debet fieri
sine amarulentia, sine acerbitate & odio, ut emenda-
tio, non vindicta, queratur. Tales doctores, inquit, ha-
bet hoc regnum.

Dentes candi-
di.

Omnes gemellis foetibus, et sterilis
non est inter eas.

Hoc addit, ad ostendendum fructum ministerij.
Nam tum gemelli eduntur, cum animi primum lege
terrentur. Deinde iterum promissionibus seu Euana-
glio eriguntur.

Ad hunc modum qui uerbum recte secant, fructum
doctrinæ suæ in Ecclesia cernunt. Neq; enim fieri po-
test, ut sine fructu doceatur Ecclesia. Sicut dicit: Ste-
rilis non est inter eas.

Recte secan-
tes uerbu de
&c.

Sicut uitta coccinea labia tua.

Mire decent in puella, labia rubicunda. Porrò la-
bia significant officium docendi. Ea gemina sunt. Si-
cūt etiam doctrinæ ratio gemina est, legis & Euana-
gelij. Quod sunt rubicunda, charitatis symbolum est.
Nam præcipuum charitatis munus est recte docere de
religione.

Labia

Comparantur autem uittæ, seu fasciæ coccineæ,
qua colliguntur crines, ad significandam concordiam
sicut Paulus monet, Vnum sentiit, &c.

Eloquium tuum dulce.

Doctrina impiorum.

Doctrina impiorum est labor & dolor. Imò se
pulchrum patens, sicut propheta appellat. Sed hec
commendatio est uerbi Dei, quod dulce est, reficit &
nim animos afflictos & contritos. Et Petrus inquit:
Quò ibimus domine, uerba uite eternæ habes.
Ioannis 6.

Sicut fragmen malī punici, genæ tuæ.

Genæ.

Rubicundæ genæ etiam sunt insigne ornamētū.
Nihil propriè agunt, tantum lucent & spectantur
non docent sicut oculi & dentes. Quare ego accom-
modo ad conuersationem seu mores doctorum in Ec-
clesia. In his etiam lucere debet ignis charitatis, sicut
Math. 5. Christus dicit: Luceat lux uestra coram hominibus.

Sicut turris Dauid collum tuum,
quæ ædificata est cum propugnaculis.

*Osticulum do-
ctorum*

Hoc quoq; ad doctores pertinet. Neq; enim solum
edificare, sed etiam defendere debent. Tempore pacis
docendum est. Belli autem tempore pugnandum, &
resistendum satanæ ac hereticis.

Ideò requirit in hac pulchra forma, firmum &
rectum collum, quod comparat turri Dauidis. De hac
turri

turri nihil extat quod sciam in sacris literis. Sed sine ^{Turris David}
^{dis.} dubio munitissima fuit, & instructa ad depellendos
hostes. Sic doctorem decet instructum esse, ut sit pos-
tens in doctrina, Tit. 1.

Mille clypei pendent ex ea.

Hoc addit ad significandam copiam, qua instruc-
tio debent esse doctores contra omnis generis here-
ticorum, & satanæ dolos & fraudes. Fuit autem id
in hoc populo eò magis necessarium, quod natura pro-
pendebat ad idololatriam, ad quam etiam uicinarum
gentium quotidianis exemplis & moribus inuitaban-
tur, etiam si absq; falsis doctoribus & pseudopro-
phetis fuisset.

Duo ubera tua, sicut duo hin-
nuli.

Præter hoc, quod ministerium uerbi describit, per
oculos, dentes, capillos, turrim, etiam uberum similitu-
dinem ^{Ubera} ^{dis.} huc applicat, quæ aptè conuenit consolatio-
nibus, quæ subiiciuntur territis mentibus, sicut Pau-
lus dicit, 2. Timoth. 3. Omnis scriptura diuinitus in-
spirata, utilis ad docendum, ad arguendum, ad erigen-
dum, ad instituendum in iusticia, &c. Ibi enim sine
figura dicit, quod Salomon hic quasi poëticis figuris
adumbravit.

Sed quomodo conuenit uberibus & gemellis
binnulis?

binnulis? Fortasse eo alludit quod non sunt ubera, quia
ha scortorum sunt, sed casta et delicata. Sic in Proph.
5. Vxorem hoc nomine appellat. Lætare cum uxore
tua, tanquam cum binnulo.

Qui pascuntur in rosis.

At qui in sylvis pascuntur. Sed pertinet hoc quoque
ad descriptionem, ut ubera iucunda et delicatoria si-
gnificet, que scilicet intumescant, non ex uili pastu
graminis, sed ex rosis.

Nihil hic admoneo, de impuris cogitationibus,
que iuuentuti incident, cum tales descriptiones au-
diunt. Nam spiritus sanctus castus est, et sic meminit
Membra mu-
itebria membrorum muliebrium, ut ea uelit intueri, ceu bo-
nas creaturas Dei. Et in hoc libro nihil est, quod mihi
quidem magis placeat, quam quod uideo Salomonem
tam suauibus figuris loqui, de summis donis, que
Deus contulit populo suo.

Ita ut insigne exemplum gratitudinis nobis hic sit
propositum. Atque utinam nos quoque Deum nostrum
sic laudare, sic ei gratias agere disceremus, ut eum
Deus sit no- appelleremus solem nostrum amicum, Ecclesiam au-
tem suam capream, pastam floribus, &c.

Vadam ad montem Myrrhae, &c ad
collem thuris.

Hoc ceu epiphonema est, quo concludit enco-
mium

rium de ministerio uerbi in hoc populo institutum.
Hactenus enim recensuit ferè omnia uerbi officia, quæ
oculis, dentibus, capillo, &c. comparantur.

Nunc hanc quasi acclamationem addit. Hoc
tuum donum, mihi est instar montis, in quo myrrha et Myrrha, thus
thus, suauissimi fructus prouenient. Ibi manebo, ibi
oblectabo me, donec aspiret dies & inclinentur um-
brae. Non fastidiam dona hæc, non queram noua, si-
c ut fastidiosi spiritus solent. Quanto enim magis edi-
tur, bibitur, uidetur, auditur hæc doctrina, tanto ma-
gis fitire, esurire debent auditores, & optare, ut per-
petuo nihil aliud neq; audire, nec uidere liceat. Qui
hunc affectum non habent, nullum uerū gustum uerbi
Dei habuerunt, quantumuis multum de eo garrire no-
rint. Myrrha symbolum uerbi est, Thus autem ora-
tionis. Myrrha, thus

Tota pulchra es amica mea, & macu-
la non est in te.

Hic, meo iudicio, alias locus est, quamquam etiam
pertinet ad institutum encomion. Loquitur enim de Fructus uerbi,
fructu & efficacia uerbi, quid scilicet hoc ministe-
rium uerbi tantopere prædicatum, in populo efficiat.
Q. d. Antea te aspexi tantum in una parte: nempe in
sacerdotio. Nunc video te totam pulchram & sine
macula esse. Nam uerbum publicè prædicatum, ciues
domini

domum reportant, & ex uerbo discunt se & suos gubernare. Ita ut ubiq; experianur, in templo, in re-publica, in Oeconomia certos uerbi fructus, quod ceu fermentum omnes reipub. partes, officia, & status omnes peruidit.

Nam cum referimus hanc pulchritudinem ad uerbum, belle conuenit. Sicut quoq; Christus dicit: Mundi estis propter sermonem, quem loquor uobis. Et ecclesia hodie quanquam semper ore pro remissio ne peccatorum, tamen si uerbum, sacramenta, fidem, ipsum caput Christum respicias, est mundissima & sine macula.

Veni de Libano, sponsa mea, ueni de Libano, ueni de uertice Amana, de uertice Sanir & Hermon, de cubilibus leonum, & de montibus Pardorum.

Libanus. Libanus notus est. Est etiam notus mons Amanus, ex Latinorū literis. Sanir pars eius est. Sunt frē cōtia qui montes, et omnes aquilonares Hierosolymitanis.

Est autem hec exhortatio quedam, ut uerbum regnum tineat populus, nec patiatur se in idolatriā adduci, gentium. propter exempla uicinarum gentium. Quasi dicat: Regnum meum patet ad Libanum usq;, sed uos ciues mei, cauete à gentibus. Sunt uicina cubilia leonum, & montes Pardorum, hoc est, habemus uicina magna genti-

gentilium imperia: Sed heus, huc à Libano ad Hierusalem et templum, ubi uerbum est. Iстic nihil est, quam immanes bestie, à quibus extrema pericula expectabitis, nisi fugeritis.

Vulnerasti cor meum, soror mea,
sponsa, vulnerasti cor meum.

In signis hic affectus est, in quo uidemus, cum consentiunt populi in uerbo, et uno sensu quantum id gaudium sit deo & angelis. Vocat enim amicam, uocat sponsam, uocat sororem, talem populum, & cor suum dicit amore tanquam saucium esse.

Consensus in doctrina.

In uno oculorum tuorum.

Emphasis est, in nomine, uno, ut ostendat deo gratissimam esse simplicitatem, unitatem, & puritatem in doctrina, sicut uidemus, quam ubiq; Christus & Apostoli ad hanc confessionem hortentur, & invitent.

V itas in doctrina.

Quām pulchræ sunt mammæ tuæ,
soror mea, sponsa.

Vbera non in doctoribus tantum, sed etiam in populo sunt: Nam Christi dictum uerum est: Vbi duo uel tres conuenerint in nomine meo, ero ego in medio eorum. Ideò cum priuatim frater consolatur fratrem, cum annunciat remissionem peccatorum, uerbum id ratum est, & non fallit. Est enim spiritus sanctus

Vbera.

Matth. 18

sancius efficax per uerbum, ubi cunq; id dextre ac sū
cere tractatur, siue in publico, siue in priuato.

Vbera tua suauiora uino.

Consolatio Omnis generis solatia nihil sunt, si conseras cum
uers uerbi. Ihs consolationibus, quas uerbum dei nobis proponit.

Odor unguentorum tuorum super
omnia aromata.

Tua fama suauius olet, quam omnium gentium fat
ma, uenit enim ex uerbo. Quid enim est fama totius
mundi, ad eam quam tu habes, que non rebus solum,
ut iuris consultus, non corpori solum, ut medicus, sed
animo mederis, que erigis et consolaris conscientias
unguento sponsi tui. Hoc unguentum uerbi, medetur
corpori et animo, ac utrumq; recreat et conseruat.

Fauis distillans labia tua.

Hactenus egit gratias, et prædicavit insigne domini,
quod deus instituit politiam et sacerdotium in hoc
populo. Nunc addit, non solum a deo illa instituta esse
sed etiam fortunari, manare efficaciam huius ordinis
tionis et fructum per totum populum, &c.

Fauis. Fauis, populus qui sic habet ministerium uerbi est
fauis, id est, colloquium et consolatio mutua. Et di
stillans fauus, id est, dimanans. Illa suauitas et puris
tas doctrinæ, peruerdunt totum populum.

Lac lacte infirmi aluitur. Idem uerbi ministerium
est: neq; enim infirmos abiicit deus.

Odor

Odor uestimentorum tuorum, sicut
odor thuris.

Hic populus est ornatus pulcherrimis uirtutibus,
que sequuntur uerbum, unde odor thuris est, id est, Odor thuris;
unde celebris est, & late prædicatur fama eius.

Dicit autem thuris odor, quod ista fama referat
aliquam diuinitatem. Prima enim huius populi laus
est, pulcherrima disciplina cultus Dei.

Hortus conclusus, soror mea, sponsa.

Alia laus huius populi. Commendat enim eum
quod sit pulcherrimus legibus conclusus & formatus
circuncisione, & alijs ritibus, & quod maximum est,
promissionibus signatus, quibus ab omnibus alijs po-
pulis discernitur. Sicut nos Christiani nunc sumus si-
gnati uerbo, baptismo & sacramento altaris, quibus
discernimur ab omnibus alijs gentibus, non solum co-
ram mundo, sed uerius in iudicio Dei.

Emissiones tue parady sus malorum
punicorum, cum pomorum fructibus.

Hic populus est hortus, cuius emissiones, id est, Hortus.
plante, que emittuntur è terra, cœu paradysus que-
dam sunt, plena arboribus, id est, sanctis hominibus.

Quod latinus fecit. Cum fructibus pomorum, ac-
cipio pro suauibus & delicatis fructibus. Varij fru- Fructus.
tibus et arbores, significat uaria dona & officia in po- Arboreo.

pulo. Boni doctores magistratus, patres familiās serui
seruae, iuuenes, senes, &c.

Thus. Thuris arbor sunt, qui fideliter & assiduo orant.
Myrrha. Sicut Myrrha & Aloë, mortificantes carnem suam si
Aloe significant. Sic omnia genera donorum ē uerbo dei in
auditores manant.

Fons hortorum, puteus aquarum
uiuentium.

Libanus. Est Epiphonema, Tu es uerē fons aquarum fluens
tum de Libano. Libanum per allegoriam uocat ciuitatem Hierusalem. Q.d. Hierusalem sic diuinitus mul-
tis donis & in sacerdotio & politia ornata est ceu-
fons, qui irrigat alios hortos. Huius enim exemplo
aliæ quoq; ciuitates excitantur ad religionem & ci-
uilem disciplinam amplectendam.

Surge Aquilo & ueni Auster, perfla-
hortum meū, ut fluant aromata eius.

Vult hunc hortum exerceri temptationibus, ut sint
Auster. uices afflictionis & prosperitatis. Auster inflat pre-
Boreas. sumptione, Boreas exiccat desperatione. Non ut pe-
reat hortus, sed ut latius spargatur odor eius, ut uer-
bi uirtus in cruce appareat.

CAP V T Q. V I N T V M.

Est oratio populi agnoscētis beneficia & dona
dei. Rogat enim ut dilectus uelit uenire in hor-
tum,

lum quem sic ornauit laudibus. Hoc est, uelit ei bene dicere, et dona præsentia conseruare. Sicut in psalmis oratur. Confirmā hoc deus, quod operatus es in nobis? Alioqui animi in securitatē delabuntur et ruunt.

Veniat amicus meus in hortū suum.

Hunc hortum hanc politiam deus meus, tu constitui: Veni igitur cole & conserua eum, uerbo & spiritu tuo, ne pereat situ. Comede de fructibus eius nobilissimis. Hoc est, declares nobis tua præsentia, tibi placere ista omnia, &c.

Venio in hortum meum, &c.

Exaudita est oratio. Significat enim se præsentem esse, & probare omnia, & placere sibi omnia. Hoc Testimonium est testimonium conscientie, quod pijs in officio & uo conscientie catione sua sentiunt. Quod cū seruunt uocationi sue in pijs. certo affirmare possunt, deum probare ipsorum opera et grata esse. Qui inquā alicubi negligentiores sint Neq; enim exclusa hic est remissio peccatorum.

Messui myrrham meam.

Myrrha est mortificatio carnis. Aromata quæ suauiter olent, sunt reliqua bona opera & fructus fidei, hos se colligere, & ijs frui, dicit.

Fauum meum comedī, &c.

Nota Emphasim, quod omnia illa sua esse dicit. Q.d. Placent mihi conciones, consolationes, opera

tua, uiuendo, operando, loquendo, docendo, places, etc
 Etsi autem fieri non posset in hac infirmitate, quin
 multa peccentur, aut negligentia, aut alijs modis. Ta-
 men placet ista obedientia, quantumuis imperfecta,
 propter fidem in Christum. Sicut Ioannes dicit: Deus
 maior est, quam cor nostrum. Habemus eius bonum,
 quod infinitum est, contra nostrum malum finitum.

Comedite amici,

Exhortatio ad totam ecclesiam, ut fruantur illis
 beneficijs & donis cum gratitudine. Sunt autem ne-
 cessariae consolationes, que a gre creduntur ab ijs, qui
 uersantur uel in politia, uel in ecclesiæ ministerio. Con-
 firmant autem animos piorum, ne laboribus & ingra-
 titudine hominum fracti, discedant ab officio suo.

Dormio ego, sed cor meum uigilat.

Hic incipit nouus locus. Hactenus enim descripsit
 tempus pulcherrimæ pacis, que sub Salomone floruit
 Proq; ea egit gratias. Nunc prospicit in futura tem-
 pora, & uidet ob peccata populi uarijs malis tum po-
 litiam, tum sacerdotium affigendum.

Quemadmodum enim tempestatum uices sunt,
 sic subinde pacem, bellum, tristitiam, letitiam, afflictio-
 nem consolatio, rursus consolationem alia afflictio se-
 quitur. Has uices ad finem serè huius libri Salomon
 tractat, & describit futuras tentationes uniuersali de-
 scriptio;

scriptione. Sic perpetuo in hoc regno fiet, subinde ten
tabimur, exercebimur varijs calamitatibus, &c.

Ego dormio, & cor meum uigilat.

Dormio, fruor iam alta pace. Secura sum, omnia
sunt tranquilla. Nihilominus cor meum uigilat. Video
enim peccata populi, video minari deum mala per uer
bum. Sum igitur sollicita de futuro malo, &c.

Vox dilecti mei pulsantis.

Hic incipit crux. Vox pulsantis, est uox terroris, Vox pul
santis expergefacere, ne secura amittat presentia santis.
bona. Crux enim est necessaria et utilis nobis. Qui
diligit filium suū, multiplicat ei flagella, dicit in Pro. Crux utilis

Aperi mihi amica, &c. quia caput
meum, &c.

Est accusatio sponsæ. Pax qua hac tenus frueris, te
desidiosiam facit. Iaces in lecto, me nocturnis imbri
bus madidum ante fores stare pateris, hoc est, negli
gis me, negligenter administras tam politiam quam
sacerdotium. Caput & capilli toti madent, id est, du
ces in utroq; regno negliguntur, &c.

Expoliaui me tunica mea.

Nuda iaceo, non possum surgere. Significat non
solum culpam neglecti uerbi, sed rebellionem quoq;. Non
uult parere per patientiā deo uisitanti propter
peccata. Non uult dimittere pacē nihilominus tamen

pergit in peccatis suis. At qui in Psalmo est, iusticia et pax se con'olata sunt, quod sine iusticia ne speranda quidem pax sit.

Dilectus meus misit manum suam per foramen.

Hic uult eam cogere, ut surgat, quantumvis inuita. Sic misit manum suā per foramen, cum Āsyriū mitteret, cum alijs calamitatibus eos premeret, sic excita uit hanc politiā affluentem ocio, et solutā longa pace Deus non mentitur, semper minas sequuntur res.

Surrexi ut aperi rem dilecto.

Aperire Aperire hostiū significat animum præbere patientem. Dicit igitur se patienter sustinuisse manum dei.

Ne autem sentias id facile esse, Manus mea, inquit stillauerunt Myrrham, & digitii mei myrrham transiuntem usq; ad pessulum serae. Vult significare difficile fuisse carnem vincere, ut consentiret deo ne mur-

Crux car- muraret, sed amitteret poenam & ferret.
ni dura.

At illo declinauerat.

Hic intenditur tentatio et augetur, Quod uidetur deus nos relinquere in ipsis malis, neq; offertur alia qua consolatio fessa mente.

Anima mea liquefacta est.

Verbum significat, egressa est, Quasi dicat, tanta expectatione teneor, ut animo penè linquar. Nullum sentio

sentio auxilium, solum uerbum suum reliquit mihi, in eo hæreo ut pene deficiam, &c.

Inuenerunt me custodes, qui circum eunt civitatem

Custodes, hic intelligo doctores legis qui non consolantur, sed magis terrent, & obijciunt peccata. Sicut illi in Hiob, cum consolari debeant, damnant.

Possunt custodes quoq; accipi, pro ijs doctoribus, qui in calamitate, uana præsidia docent, quibus innitamur. Sicut apud nos fuerunt cultus sanctorum, indulgentiae, & aliæ huiusmodi impiæ nugæ.

Sed afflitti animi non possunt erigi, nisi per uerbum gratiæ. Omnia alia solatia non modo non iuuant gratiæ consolantur, sed etiam (sicut hic cōqueritur afflictus populus) maius vulnerant, & cumulant iram.

Adiuro uos filiæ Hierusalem.

Sponsa uel populus in tentatione positus, siue ea sit captiuitas Babylonica, siue alia quedam, amisit deū suū, et est relictus in manibus aduersiorū, ita ut nusi quam appareat deus uel auxiliū. Non tamen idèo desperat, sed tolerat manum dei uisitantis, & uocat arios eosq; hortatur ad orationē. Filiae Hierusalem, hoc est, omnes uos qui pertinetis ad hunc cultum.

Qualis est dilectus tuus, ex dilecto.

Verie, præ dilectis, volunt scire quem dilectū ha-

beat, quod eum omnibus alijs dilectis præfert, quod
deserta, non uult se ad alia præsidia & auxilia
conuertere. Sicut solent homines, quos non spiritus
Dei, sed ratio sua agit & docet.

Hic igitur incipit longam imaginariam descri-
Præsentia bo-
nā negligi-
mus. ptionem, qualem habeat dilectum. Nunc primum eum
describit, cum amisit eum. Sic solemus omnes, præsen-
tia bona fastidimus, & negligimus. Sublata ex oculis
querimus inuidi, sicut poëta ait.

Dilectus meus candidus et rubicūdus.

Est descriptio imaginaria Dei, non qualis est in
sua maiestate. Sed qualis est in cultu & uerbo suo.
Hoc est, Dei induit & ornati regno & sacerdotio in
populo illo, &c.

Candor, Candor significat letitiam. Festis enim diebus ue-
Rubor, stiebant candidis. Rubor amorem significat. Q. d.
Cum sacerdotium & regnum adhuc starent integrā,
abundabamus pulcherrimis donis, quibus Deus testa-
batur nobis suum amorem erga nos. Erant igitur om-
nia plena gaudio et lētitia. Nunc miseri lugemus, dissi-
pata politia, amissis illis pulcherrimis donis, &c.

Sic fit, qui uerbum Dei habent, illi habent aman-
tem, consolantem, lētificantem & benefacientē Deum.
Hæc autem omnia amisisse se queritur populus.

Electus e milibus.

Eft

Est electus heros & gygas, qui paratus est ad defendendos suos.

Caput eius aurum optimum.

Religio & doctrina, quam Moses sapientiam huius populi uocat, est ceu aurum purissimum. Aliorum deorum cultus sunt ceu scoria, &c.

Cincinni eius densi.

Abundabam eo tempore, cum adhuc retinerem Deum, cultoribus Dei & ministris, qui capiti, hoc est, Deo sunt proximi. Erat magna copia sacerdotum & Leuitarum.

Et nigri sicut coruus.

Sacerdotes erant graues uiri, in quorum uultu & gestibus iucunda seueritas inerat. Nisi quis malit accipere nigrum comam, ob externam speciem, contem tam, id quod non puto. Fuerunt enim nigri capilli Nigri capitum laudati apud illos. Sicut apud Horatium quoq; Spe etandum nigris oculis, nigroq; capillo.

Oculi eius sicut columbae ad riuulos.

Oculi sunt rectores & duces populi, qui non solum Deum colunt eiq; seruiunt, sed etiam erudiunt, & docent simileiter & fideliter. Oculis

Celebratur columba ob munditiem, quod non bibit, nisi mundissimam aquam. Idq; ideo, ut possit sibi cauere ab accipitribus, quorum imaginem aqua Columba,

Fideles do reddit. Sic fideles doctores intenti sunt, ad cauendos
doctores. falsos spiritus, & uersantur solliciti ad aquam mun-
dam, hoc est, ad scripturam.

Addit autem: Oculi loti lacte, hoc est, pleni consol-
lationibus. Item: Residentes in plenitudine, hoc est,
præ se ferentes hilaritatem aliquam. Cui oculi indi-
cant seueritatem, &c. Sed huius sponsi oculi sunt
pleni, & habitant in plenitudine, id est, habent copio-
sum populum, uerbum eorum fideliter auditur. Eccles-
iae & scholæ sunt plenæ discipulis.

Genæ eius, sicut areolæ aromatum.

Gene. Gene sunt externa conuersatio totius populi, que
sequitur ex uerbo. Illa est excitatior, fundit suauem
odorem, pacis, humilitatis, fidei, &c.

Labia eius rosæ distillantes myrrham.

Labia. Labia sunt suavia & plena amore, distillant ta-
men myrrham, id est, doctrinam mortificantem, do-
cent, arguunt, instant, obiurgant, &c.

Manus illius tornatiles aureæ.

In toto populo, inquit, sunt, qui abundant bonis o-
Legis ope- peribus. Legis opera sunt, manus contractæ, rugosæ
ra. & aridae. Hic cum summa uoluptate bene operantur
sine molestia aliqua.

Venter eius eburneus.

Venter. Vulgus significat, quod est in corpore Ecclesie,

cel

CANTIC. MART. LVTH. 374

ceu uenter, quod quanquam per se infirmum sit, ut a-
lorum membrorum ministerio opus habeat, tamen
est candidum, sicut ebur, & incorruptibile.

Crura illius, columnæ marmoreæ.

Crura, hoc est, robustos in Ecclesia, opponit uentri. Crura.

Species eius ut Libani.

Totus populus est, ceu mons Libanus, pulcherri-
mis arboribus constitutus, in quo uaria officia, uaria
dona sunt, &c.

Guttur illius suauissimum.

Non fœtet ei anima, sed dulcia spirat, hoc est, hi
fructus Ecclesie, quos hic recitauit, placent & grati
sunt Deo.

Totus est desiderabilis.

Non quod nulli sint impij in illo populo. Sed quia
uerbum habet, ideò omnia dicit esse desiderabilia, pro
pterea quod nullus thesaurus cum uerbo Dei conser- Veri û dei,
ri posset, in quo uerum cultum Deus nobis præscribit,
& remissionem peccatorum promittit, ut nullum pec
catum sit reliquum, &c.

Sic celebrat sponsum suum, & queritur se omni-
bus his donis priu. tam, quæ præsente eo habuit.

IN CAPVT SEXTVM.

Quò abiit dilectus tuus.

S P O N S A ob amissum sponsum, tristis quesivit
cum

eum apud alias ciuitates, sed non inuenit. Ille tamen pollicentur suum studium, se oratione adiuturas eam, & simul quæsturas sponsum.

Dilectus meus descendit in hortum.

Hic redit consolatio. Videt enim se non omnino de fructus ten fertam à sposo, sed abijisse eum in hortū, ut hortū cū tationis, ret et rosas colligat. Hoc est, ut sua dona magis in populo augeat. Cum enim deus nos deserit, non facit id ira, aut odio nostri, sed purgat sic uitem, ut eò melius fructificet, Ioannis 15. Tractat enim sponsa hic fructum tentationis, quod per multas tribulationes proficiamus in fide & bonis operibus.

Ego dilecto meo, & ipse mihi.

Rosæ. Id est, ipse est meus dilectus, & ego sum eius dilecta. Hæc plerophoria & fiducia sequitur tentationē. Rosæ sunt sancti in isto populo.

Pulchra es amica mea.

Hic se sponsus sponsæ offert, & significat se delectari eius fide, quod non sit fracta tentatione, ut blasphemaret, aut à deo discederet. Est autem hæc magna sacrificium conscientiae consolatio, quod certo statuit placere deo contriti patientiam, & delectari cum sacrificio contriti, non cordis. tamen desperantis cordis, ut quanquam caro offensa nonnihil murmuret, tamen spiritus gemat ad deum, & potius in tentatione perpetuo manere & perire cupit

cupiat, quām ut ad impietatem à deo recedat. Sic probatio spem parit.

Sicut Tirza, & decora sicut Hierusalē.

Tirza fuit sedes regum Israēl. Q.d. Mea sponsa, tu es quasi Tirza formosa, & bene munita ciuitas. Tirza.
Et sicut Hierusalem optimis legibus formata & instituta. Nihil aliud est, quām descriptio plerophoriæ, quod sentit ecclesia seu populus omnia sua opera sum me placere deo.

Terribilis ut castrorum acies.

Ecclesia seu populus dei, non solum est bene institutus cultu dei, & politicis legibus, sed etiam terribilis diabolus aduersarij suis. Satan enim metuit bolo. nos, cum uidet cor hac fiducia munitum, quod credimus nos placere deo. Metuunt & aduersarij: Ideò enim occidunt pios, quia metuunt. Sicut Pharaon Exodi 1. Sapienter opprimamus, inquit, eos ne forte multiplicentur, &c.

Auerte oculos tuos à me.

Duplex sententia. Prima dehortatoria est. Auerte oculos tuos à me, id est, ne speculeris de maiestate, alio qui obrueris ab ea. Hanc non probo uidemus enim esse sponsum in arguento consolationis.

Altera sententia est commendatoria & amatoria
Auerte oculos tuos à me, tam sunt suaves & iucundi,
sic me

sic me irritant, ut non possim eos amplius uidere.
Non quod reijsiat oculos, sed amatorio more, dum in-
het, ut auertat eos, uult maxime ut non auertat.

*Est igitur commendatio ordinum, in spirituali rei
Oculi. no. Oculi enim sunt doctores, quales fuerunt Heliæ,
Helyseus, &c. Illi tam mihi placent, inquit, ut pro-
uocent me ad superbiam. Sunt insignes consolationes
quibus testatur Deus, se probare huius populi poli-
tian & cultum, ut corda concipient plerophoriam
se placere Deo, &c.*

Capilli tui sicut grex caprarum.

*Conueniunt omnia cum superiore descriptione.
Capilli. Sunt autem capilli, sicut dixi, sacerdotes & Leuitæ,
qui sunt in uertice populi, & regunt uerbo Dei popu-
Gilead. lum. Gilead significat cumulum testimoniorum. Ea
est sacra scriptura, quæ uerè continet cumulum te-
stimoniorum.*

*Dentes tui, sicut greges ouium, quæ
ascenderunt de lauacro, omnes gemel-
lis foetibus.*

*Dentes. Hoc quoq; pertinet ad officium docendi, mordere & obiurgare, non odio priuato, sed ex charitate
& pio zelo. Ideò ouium sunt dentes. Quod autem
Gemelli addit de gemellis foetibus, significat fructum praedical-
foetus. tionis. De genis supra.*

Sexaginta sunt regine, & octoginta concubinæ, & adolescentularum non est numerus.

Hactenus laudauit diuersa officia et status huius populi. Laus tamen magis referenda est ad ipsum uerbum, quo regitur populus, quam ad personas quæ regunt.

Nunc agit gratias pro politia diuinitus data, quod dimanauerit in tot ciuitates et villas. Hic enim scopus tenendus est per totum librum, quod de politia loquatur.

Sexaginta igitur reginas, et octoginta concubinas, accipio pro ciuitatibus locupletioribus et tenuioribus, que per totum regnum Salomonis in Syria, Iudea, Palestina, &c. fuerunt, et iisdem legibus sunt usæ. Adolescentulæ sunt reliquum ciuitatum uulgas, que omnes diuinis legibus administrabantur.

Locus in libris regum de multitudine uxorum Salomonis, plerisq; hunc locum obscurauit. Falluntur autem qui putant Salomonem tam libidinosum fuisse, ut tot uxores duceret. Imposuit ei necessitatem eam lex, que iubebat, ut defuncto marito sanguine proximi succederent. Desertæ igitur uidue, uidebant sibi optime consultum, si inter regias uxores aut concubinas essent. Hac occasione tot mulierum factus est maritus Salomon.

Reginae con-
cubinæ.

Adolescentulæ

Reg. iii.

Qua occasio
ne Salomon
tam multas
habuerit uxo-
res.

Vna est columba mea, perfecta mea.
 Dixi quod gratias agat de fructu, qui sequitur ex
 uerbo. Administratio illa non est frustra, sunt sexas
 ginta reginæ, &c. quæ omnes ea utuntur. Et quan-
 quam nulla ex his ciuitatibus sic sit pura, ut nō mul-
 ti perdi*t* & nequam homines in ea sint. Tamen in
 singulis aliqui sunt pij, columbina simplicitate, qui ex
 animo hanc politiam colunt & obseruant, qui eam
 tanquam summum dei donum admirantur & prædi-
 cant, cum uerbum habeat, & in ea ecclesia dei sit.
 Hæc est unica mea, mea una columba, collecta ex to-
 to regno, &c.

Viderunt eam filiæ Sion, & prædi-
 cauerunt beatam.

Pios & bonos ciues qui paſſim sunt in ciuitatibus
 coguntur omnes laudare, etiam impij.

Quæ est ista quæ progreditur, quasi
 aurora consurgens, pulchra ut luna, e-
 lecta ut sol.

Regnum Regnum Salomonis sic constitutum & ornatum
 Salomonis legibus celebratur ubiq; , prodit & illuminat totum
 orbem fama & gloria sua. Cetera regna, sunt obscu-
 Gentium re re tenebræ collata ad hoc , quia sunt obfessa per fa-
 gna. tanam, deus non misit eis uerbum suum , nec illustra-
 uit ea radijs cognitionis suæ . Eſt igitur hec politia
 Salomo

Salomonis, ceu aurora, sol & luna in mundo, propter uerbum.

Sunt autem insignes consolationes, quando politicus populus potest sibi persuadere, se talem esse coram Deo, qualem hic describit. Nam coram mundo saepius uidemus contrarium. Sicut etiam populi Israëlitici historia nos docet.

Descendi in hortum meum, ut uide
rē fructus conualliu, etc. Non noui, etc.

Finita consolatione, sequitur alia tentatio. Hactenus laudauit regnum suum, & egit pro eo gratias. Videt enim columbam, hoc est, aliquos in singulis ciuitatibus bonos, quorum pietatem & uitam probat.

Iam conuertit se in alteram partem, & uidet tantam multitudinem impiorum esse, ut nulli pre ea pij impiorum, aut boni esse uideantur. Sic enim fit: Vitia uehementius mouent animos. Requiritur igitur hic singularis fortitudo, quam spiritus Dei suppeditat, ne frangatur aliquis aspectu illorum malorum.

Descendi, inquit, in hortum meum. Ego Episcopum & uisitatorem, ut uiderem fructus mee politiae. Et ecce tanta impiorum est multitudo, ut cogar dicere. Nesciui uel non noui, scilicet meam columbam. Cum enim aestimamus numerum, tanta multitudo est impiorum, ut nulli usquam uideantur esse pij.

A Idem

Idem nobis accidit cum uisitamus Ecclesias, tot inuenimus ubiq; uitia, ut merito aliquis desperet de fructu uerbi. Et tamen manet columba illa, quanquam testa malorum multitudine non cernatur.

Anima mea conturbauit me.

Admodum obscurus hic locus est. Hieronymus sic reddidit, ut recte conueniat cum sententia, quam dixi uenisse se ad aspiciendos & querendos fructus. Sed nescire, hoc est, nihil inuenire. Quod semper maior numerus est improborum. Tum si quis spectet, amitti quasi bonos, & nusquam apparere. Sed mihi optius esse uidetur, si coniungamus sententias in hunc modum. Nesciui quod posuit me anima mea, ut essem quadriga populi munifici.

Nam Aminadab appellatiuē accipio. Est autem **Anima**, uisitata figura, quod anima ponitur pro uoluntate. Anima mea posuit me in quadrigas populi, hoc est, ego optauī esse quadriga populi. Sed hoc quoq; nescio. Sum quidem positus, ut præcessem alijs & regerem alios, sed nolunt regi, uolunt ipsi non parere, sed regere & principes esse. Sic enim solet indomitum uulgas.

Reuertere, reuertere o Sulamith.

Sponsus hic reuocat sponsam ab aspectu malorum ut mittat illa, & potius consoletur se aspectu bonorum que habet. Est autem non leuis ars posse uincere

cere præsentem tentationem, & reuocare animum à tristitia, cogitatione donorum quæ habemus. Quæ semper, si quis dextre iudicet, superant & excedunt longè incommoda quibus premimur. Dicit igitur: Reuertere & aspiciemus te. Auerte oculos ab incommodis presentibus. Te inspice, & uidebis quanta in te beneficia & dona contulerit Deus.

Vocat autem eam Sulamith, uel perfectam, uel Sulamith pacificam, ut eam insigni præconio auocet à tristibus cogitationibus, quas concepit ex aspectu malorum. Pacifica es, hoc est, omnia se bene habent, abundas omni genere bonorum. Vel perfecta es, nihil tibi deest habes enim politiam diuinitus institutam, habes magistratus qui regant, & subditos qui obedient. Si qui inter hos mali sunt, hi ne te moueant, considera potius tanta dona tua, &c.

Nos quoq; in priuata uita hanc æquitatem retinere debebamus, ut patienter toleraremus leuia quædam uitia, uel in amicis, uel uxore, cum tot alijs comodis pensata sint, si quis modo rectè ascimat.

Quid uideris in Sulamith.

Quin potius recte, & sicut meretur, inspicite eam agnoscite Deum & uerbum Dei in ipsa, & rempub. non humano, sed diuino consilio, constitutam. Quid ergo in ea reprehendi potest? Deus œconomiam,

politiam, ecclesiam huius populi non solum dedit, sed & approbat. Neq; hoc solum, sed & promisit se affore, &c.

Nisi choros castrorum.

Est instructissima, ut non sit periculum à multitudine impiorum, quod eam euertant. Deus adest & gubernat suum populum.

CAPVT SEPTIMVM.

Quām pulchri sunt gressus tui in calciamentis, filia principis.

Hic describit carmine politiam, sic ordinatam & ornatam, & fingit eam incidentem. Ut significet, eam non solum habere excellentia dona, sed etiā esse in quotidiano donorū usu. Quod sacerdotes uerbum dei doceant, magistratus recte ius dicat, &c. Hoc significat, quod calceatam esse fingit. Neque enim puto eum uelle allegoriam, quod sit munita & uincta legibus, &c.

Iuncturæ foemorum tuorum, sicut monilia, &c.

Ferunt prohibitum fuisse apud Iudeos, ne adolescentes hunc librum legerent. Id quod alijs sic accipiunt ne hac lectione adolescentes inflammarentur ad libidinem.

Ego autem ob difficultatem potius inter dictum fuisse puto, quod cū in totum politicus sit, inutilis esse nideas

uideatur iuuenibus, qui nullum humanarum rerum ha-
bent usum. Nam & adolescentes sine concupiscentia
de mulierculis loqui & audire possunt, si tanquam
creaturam dei eas considerent. Et spiritus sanctus ha-
bet castum os & purum cor.

Loquitur igitur hic de membris genitalibus, tan-
quam de sua creatura, qua abutitur caro & concupis-
centia, suo non spiritus sancti uitio. H.ec ideo dico ne
quis hoc textu, qui amatorius esse uidetur, offendatur

Sciendum autem est, quod spiritus sanctus in alle-
gorijs magis spectet usum quam formam rei. Quare
hic mentionem facit membrorum generationis, ut uen-
tris, umbilici, foemorum, &c. ut fœcunditatem huius
populi describat. Laudantur in mulierculis foemora
latiora, quod aptiora sint, gerendo fœtui.

Loquitur igitur Salomon de spirituali generatio-
ne in hoc populo, quod iuuentus instituitur ad mini-
sterium Ecclesiasticum & politicum. Eiusmodi fœ-
mora, apud nos sunt scholæ. Et dicimus ideo infœli-
tem Germaniam, quod hac apta & eleganti foemo-
rum iunctura careat, & scholæ deserte sic iacent.

Vmbilicus tuus, crater rotundus,
cui nunquam uinum defit,

Vis conceptiua & generatiua in umbilico est.
Id quod ex Hiob cap. 40. Virtus eius in umbilico uen-

cur mentio-
ne faciat me.
Uerorum geni-
tium.

Fœmora lata

spiritualis ge-
neratio.

Fœmora,

Crater. uentutis. Hi sunt uelut crater, cui nunquam defit u-
num, hoc est, non est inutilis eorum institutio.

Sic commendat sponsæ sponsus ea dona quæ habet
ut consoletur se præsentibus, & contemnat ea mala
quibus offenditur.

Venter tuus sicut aceruuus tritici.

Venter. Institutio & eruditio tua est fœcunda, sicut cumu-
Vmbilicus. lus tritici. Laudatur rotunditas in uentre. Sicut umbili-
licus depresso, & paululum infixus uentri lauda-

Rose. tur. Rosas uocat scripturam & leges.

Duo ubera tua, &c.

Vbera. Vbera habet, quibus generatos alit.

Collum tuum, sicut turris eburnea.

Turrim dicit, quod sit erectum. Eburneum, quod

Collum. candidum & durabile collum sit. Sunt autem collum
doctores & magistratus populi incorrupti, & firmi
qui non franguntur animo, non uincuntur odio, amori-
re, pretio, &c. sed rite faciunt officium suum.

Oculi tui, sicut piscinæ hesbon, ad
portam magnatum.

Oculi. De his piscinis nihil legimus in scriptura. Sunt autem
oculi doctores, qui ceu piscinæ redundant aquis,
ut consolentur, & fide & moribus, infirmos. Oculi
clari, pellucidi, sicut piscina.

Nasus

Nasus tuus, sicut turris Libani, quæ
respicit ad Damascum.

Rectus nasus quoq; laudatur, sed spiritus sanctus Nasus.
magis usum spectat. Significat igitur doctores & ma-
gistratus diligentes, qui non flentunt, sed ubique ui-
gilant. Puto significare speculam aliquam, ad Aqui-
lonem sitam.

Capit tuum, sicut carmelus.

Caput sunt summi in populo, Salomon scilicet cum Caput.
principibus suis, & sacerdos summus. Hi sunt tan-
quam fertilissimus mons. Non per se, sed per magnifi-
cas promissiones, quas utriq; habent.

Et come capitis tui, sicut purpura regis

Mirabilis figura, quod capillitum uocat canna-
les. Et tamen si formam spectes, non multum abhorret
à re. Capillus enim mulierularum dependens in hume-
ros distinctus, et modice inflexus, seu tortus est, ut effi-
ciat similitudinem aquæ e cannali profluentis.

Sunt autem hi cannales, seu capilli ordines tum Le Capilli.
uitarum, tum politici magistratus, qui à magno sacer-
dote & rege, seu capillus à uertice capitis per dor-
sum ad inferiores corporis partes, fluunt.

Quod autem addit, sicut purpura non respicit ad
colorem, sed ad materiam. Laudantur enim molles ca-
pilli, quos non serico comparamus.

Quàm pulchra es & decora.

Hic laudat politiam tot donis ornatam.

Pulchram uocat, quod sic belle omnia officia distributa sunt.

Decoram, quod hæc dispositio ornet ipsam, & delectet omnes uidentes & audientes ipsam.

Statura tua assimilata est palmae, &c.

Palma. Palma non cedit ponderi, sic tu quoque es, gentes te non poterunt premere. Sacerdotes enim docent uerbum, & nihil morantur odium mundi. Iudices tui sequuntur ius, & iuste iudicant, nihil morantur iniuriam mundi, &c. Sicut est in 1. Regum 14. Dominus meus rex est, sicut angelus, &c.

Dixi ascendam in palmam.

A deo mihi places sic instituta, & ornata, ut cor gar te amplecti.

Sunt insignes consolationes, quibus Deus significat sibi grata esse & placere omnia, de quibus haec nus dixit. Respondet enim suo spiritu spiritui Salomonis, recte cum facere, quod sic uehat laudibus politiam suam, & pro ea agat gratias. Et amatorie dicit: Ascendam hanc palmam, id est, amanter complectar te & regnum tuum. Sic fiet, ut:

Vbera tua, fiant botrus vineæ.

Non erit amplius lacie opus, sed sic confirmabo tuos

tuos ciues, ut possint bibere uinum, durabo eos non solum ad ferenda, sed uncenda quoq; mala &c.

Coniungit autem uberibus nasum. Ubera enim do Ubera. cent, nasus autem custodit & uigilat, & tuerit do Nasus. cirinam.

Guttur tuum sicut uinum optimum.

Laudes tue & gratiarum actio, quam pro politia offers, sunt mihi gratissima.

Guttur enim allegoricè significat canere laudare, Guttur. gratias agere. Illa mihi sunt ceu uinum, qui ambulat ad dilectum meum recte (sic enim uertendum est) Hoc est. Ideò placent laudes tue, quia directæ sunt in me. Non prædicas tuas uires, tuam iusticiā, me prædicas.

Et dentibus illius ad ruminandum.

Nos sic uertimus.

Quod commouet labia senum.

Verbum enim quo hic utitur, significat famiges rare, & sermonem spargere, ut sit sententia. Illas laudes & preconia illa quibus mea beneficia celebraztis, retinent & propagant senes, qui magnam cognitionem historiarum habent in alios.

Veni dilecte mi, egrediamur in agrū.

Hic postulat sponsa nouum donū, pro quo postea aget gratias. Regnum Israël sub Salomone fuit amplissimum. Imperauit enim Edomitis, Palestinis, Syris & Moabitis.

Orat igitur sponsa, quoniam habeat adhuc
Ager, multos alios populos foris. (Hoc enim agrum uocat)
 ut uelit dare gratiam suam sponsus, ut illi quoq; recte
 administretur, et uerbū in finitimas gētes ppagetur.

Mane surgamus ad vineas, &c.

Volumus uidere, an in illis quoq; sint aliqui boni
 & reipub. utiles uiri.

Ibi dabo tibi ubera mea.

In istis locis quoq; docebimus, exercebimus etiam
 apud illos cultum & legem nostram.

Mandragorę dederunt odorem suum.

Mandra. Non uult hoc, quod nos hodie mandragoram uo-
 gora, camus, sed significat suauem & nobilem aliquem fru-
 ctum. Sicut apparet ex Genesi, & ex hoc loco.

Sententia autem est. Inuenio fructum uerbi, etiam
 apud gentes uicinas, que fruuntur religione & poli-
 tia nostra. Verbum non docetur sine fructu, sed gene-
 rat etiam inter gentes optimos homines.

Omnia poma noua & uetera.

Poma. Poma generaliter significant omnes nobiles fru-
 ctus arborum. Significat se abundare bonis ciubus,
Gloria po- quos abscondit sponso. Hoc est, gloria regni populi
 puli Dei nō Dei, non cernitur nisi in uerbo, quacunq; alia parte
 cernitur. eam spectes, sordet. Ideo mundus non solum contem-
 nit bonos, sed persequitur et odit. Nō enim est dignus

at uel pium hominem uel bonum opus videat. Ideo dicit sponsa, que abscondi tibi.

CAPVT OCTAVVM.

Diximus in principio, hunc librum Salomonis, esse ceu hymnum, in quo canit beneficia diuina, exhibita populo suo per uerbum, & gratias pro ihesu agit. Videtur autem hic insituere conclusionem cantici, & orare pro futura dilatatione regni. Respicit enim in tempora Christi, quibus uerbum & cultus Dei in totum orbem uulgandus erat. Sic oratur in Psalmo etiam. Confirmata hoc Deus quod operatus es in nobis.

Quis mihi det, te fraterculum meum, fugentem ubera matris meae, ut inueniam te foris, & deosculer te, &c.

Sententia est, O Deus noster, auge regnum hoc infinitum. Est in agro foris, hoc est, in uicinis gentibus & optat tamen ultra procedere.

Fingit autem sponsum parvulum & fugentem ubera matris sue. Deus enim in illo populo, si alia regna species, in que erat propagandus, erat ceu infantulus. Dicit igitur: Es tanquam puer fugens lac matris. Quis dabit mihi, ut te inueniam foris, propagatum per uerbum Euangeli in omnes gentes.

Addit autem: Ut deosculer te. Oculari enim est, uer Oculari bum

bum dare, habere Euangelium. Hec cum fient, inquit, non amplius despicient me homines. Sumus iam contemptus populus. Sed tum fiet, ut in omnibus regnis per totum orbem sint aliqui, qui me colent & laudabunt, qui amplectentur cultum Dei, & uerbo Dei credent, &c.

Apprehendam te, & ducam in domum matris meæ.

Tum deducam te in synagogam, sicut de Iоanne scriptum est: Conuertet cor patrum in filios. Iudei enim credentes in Christum, non sunt deducti ad nos gentes, sed ad patres suos, hoc est, ad fidem patrum. In eam familiam post nos gentes sumus asciti, ut iam simus unus populus.

Ibi me docebis.

Tum instituetur ministerium docendi perfectum, cum per spiritum sanctum ita manifeste adiuuabitur.

Et dabo tibi uinum conditum, & mustum malorum granatorum meorum, &c.

Tum erit doctrina uberior & efficacior, quam unquam sub lege fuit. Dabo uinum quod bibes, id est, aprobabis. Et mustum malorum granatorum. Hoc forte addit, ut significet nouum doctrinæ genus, ex uarijs prophetarum testimonijis.

Lxx

Leua eius sub capite meo, & dextra eius amplexabitur me.

Hactenus canticum Salomonis audiuimus, in quo cecinit de beneficijs præsentibus & præteritis, ac perspicuit in futurum propagari regnum, & doctrinam per orbem terrarum. Quæ in hoc capite sunt, dixi esse tanquam epilogum, quo refert, quæ per totum libellum tractauit.

Vtitur autem hic quoq; amatoria figura, sumpta à maritali complexu, per quem significat, hoc regnum esse in tutela Dei, ac diuinitus regi & formari. Hoc cum ita sit, ut plane nihil dubitandum sit de fauore Dei erga nos. Ideò dicit:

Adiuro uos filiæ Hierusalem, ne suscitetis, neq; euigilare faciatis dilectā.

Hoc est, uos ciuitates quecunq; estis sub hoc cultu Dei & regno. Curate ut sitis quiete & pacifice, ne excitetis motus & tumultus. Sed latamini potius in ista gratia & pace, ac obedite legibus, parete magistribus. In religione quoq; cauete, ne turbetur aliquid, aut per idolatriam, aut alias blasphemias opiniones. H.ec enim duo coniuncta sunt. Pax non potest Pax & iucunditatem sine religione seu iusticia, secundum uersum sticcia Psalmi: Pax & iusticia osculatæ sunt se mutuo. iunctæ.

Supra obtestationem addidit. Adiuro uos per capress,

preas, ut saltē ob reuerentiam sanctorum patrum
& prophetarum, quos maiores habuerunt, sint quieti
& tranquilli. Quod addit:

Donec ipsa uelit.

Puto eum de occasione loqui, quæ necessitatē im-
ponit. Vos ciues nolite eam excitare, si excitatur ab
hostibus vicinis, facite tum quoq; officium uestrum, ut
simul uigletis, & conseratis operas & opem.

Quæ est ista, quæ ascendit de deser-
to innixa super dilectum suum?

Non solum uicine gentes, sed etiam ipsi, qui sunt
in populo hoc, mirantur sic ascendentem ex deserto.

Es autem hoc prædicatum perpetuum operum
Predicatiū Dei, quod ceu ex deserto & arida terra proueniunt.
perpetui o Impij florent & prodeunt, ceu ex paradyso iucundis-
perum Dei. sima, ubi nihil uidetur esse quod deformitalis aliquid
habere poscit. E contra Ecclesia & populus Dei ui-
detur ex deserto prodire. Nam eius gloria tantum in
uerbo cernitur. Si ex paradyso ascenderet, miraretur
eam mundus, sed desertum non miratur.

Et tamen, inquit, innititur delitijs, quas scilicet uer-
bum affundit. Vbicung; enim est uerbum Dei, ibi ne-
cessit est esse spiritum sanctum, fidem, & alia spiritus
dona. Ideo uerè dicit eam inniti, & præsumere de
Deo, in cuius uerbo sic pertinaciter hæret. Etiam si
que

Que sectae sint, tamen coram Deo obscurantur, & tantum uidentur pij. Alij in nullo sunt numero. Idem de peccatis & alijs infirmitatibus sentiendum est.

Ego olim hæc accommodabam ad animam, & ad speculatiuam uitam. Sed qui uult speculatiuam uitam Speculatus uerè definiere, is sic definiat, quod sit credere & inniti ua uita. uerbo. Qui enim sine uerbo speculantur, subuertuntur à satana. Sicut non semel expertus sum. Quare somnia ista abisciamus.

Sub pomo suscitaui te.

Quod interpres reddidit.

Ibi corrupta est mater tua.

Manifestus error est. Nam uocabulum poene com-
mutauit in uocabulum culpæ. Verbum enim hic pro-
priè significat laborem entendi, seu dolores partus.
Quanquā alicubi accipiatur pro corrūpere & uulne
rare. Mater est res publica, ciues sunt filij. Hos, in= Mater.
quit, sub pomo excitaui, ibi te ædidit, seu enixa est ma Filiij.
ter tua. Nam regnum Iudeorum non ita amplum
fuit, si spatiū consideres. Comparatur igitur non
magne arbori, ut sit seminarium futuri regni Eccle-
sie, quod per omnes terras uulgabitur.

Pone me, ut signaculū super cor tuū
ut signaculum super brachium tuum.

Hæc est exhortatio sponsi, ut sponsa maneat in
uerbo.

uerbo, nec patiatur se extra uerbum, aut ad cogitationes, aut ad cultum alium abduci. Age, inquit, sim tibi ego, ceu signum, seu annulus quo me agnoscas, & ex corde complectaris. In me respice, in me finge oculos atq; cor. At ubi es tu? In uerbo, inquit, in Hierusalem & in templo meo.

Hoc sigillum affigito cordi tuo, &c.

Quod non tantum super cor, sed etiam super brachium uult ponи, significat fidem & charitatem simul, ut secundum uerbum Dei & credamus & uiuamus. Id cum fit, tum uerè in ornatu diuino incedimus, & sigillum hoc recte gestamus.

Quia fortis est, ut mors dilectio & dura, sicut infernus, & emulatio.

Parum apta uidetur hæc esse ratio. Sed quia hic locus habet descriptionem uitæ spiritualis, aplissimè conuenit hæc sententia. Quia enim ad fidem & charitatem retinendam hortatur, significat magno & in fracto animo opus esse, propter uarias tentationes, quæ pijs obijciuntur. Sed talis animus quomodo potest describi melius, quam si uocetur sortis dilectio? Hic enim affectus inter reliquos omnes regnat. Sicut non solum honestus & maritalis amor, qui sop' n dicitur ostendit. Sed etiam furor ille iuuenilis & stultus. Verum enim est, quod poëta dicit: Omnia vincit amor. Inquit

Inquit ergo sponsus: Si me uerē diligis, retinebis
sigillum meum, & quicquid tristitiae ac incommodo=rum tibi à mundo & satana obijcietur, hoc uinces.
Amor enim est fortis sicut mors, quæ omnia domat, Amor.
& est dura æmulatio seu zelus, sicut infernus, qui non
potest flecti precibus, ut reddat mortuos. Zelum pos- Zelus.
sumus appellare, ein zornige liebe, ubi nimio amore,
non odio personæ irascimur.

Ideò autem similitudinibus mortis & inferni uti-
tur, ut ostendat pium populum futurum in mortis
& inferni sensu, sicut Paulus dicit: Quotidie mori=
mur. Rom. 8.

Lampades eius, ut lampades ignis
atq; flamarum.

Quod uertit, Atq; flamarum, in Hebræo est,
Flamma Dei. Significat autem utroq; inexhaustum et
infinitum ardorem charitatis, qui non posset extingui.
Distinguit enim ignem Dei ab alio igni materiali,
quod ignis Dei sit æternus & inextinguibilis, qui non Ignis dei.
Posset accendi aut extingui humano arbitrio. Hunc
ignem, inquit, quem Deus sic in te accedit, non mors,
non infernus, non omnes mundi & satanae iniurie po=terunt extinguere. Cedit enim amor nemini, & amo- Amor.
ri cedunt omnia.

Aqua& multæ non potuerunt extin-
guere charitatem.

Aqua. Aquas multas uocat, sicut Christus Matth. 7.
cum loquitur de domo posita supra petram. Nulla
uis tempestatum, inquit extinguet amorem hunc, sed
magis etiam accendet. Qui enim serio uerbum com-
Tentationis plexi sunt, hi irritantur quasi temptationibus & cruce
fructus. ut proprius id complectantur. Omnium igitur tenta-
tionum hic finis est, ut etsi conentur nos à Christo di-
uellere, tamen magis nos cum Christo coniungant.

Si dederit homo omnem substan-
tiam domus suæ pro dilectione, &c.

Est insignis adhortatio, qua monet populum, ut
magnō studio & cura uerbum retineat. Sicut igitur
monuit haecenus perdurandum esse in calamitatibus
& non cedendum. Ita hic in alteram partem iubet
nempe, ut neq; opibus & potentia sinat se alio trans-
ferri. Futurum est, inquit, ut amatores alij tibi insidien-
tur, ut sollicitent te non solum cruce & minis, sed et-
iam promissionibus & opibus. Sed menineris, quid

Amor. amor faciat: despicit enim omnem substantiam, con-
temnendo contemnit omnia. Sic Augustinus: Amor est
pondus omnium rerū, nec potest ullo precio redimi-

Soror nostra parvula, &c ubera non
habet.

se p̄d

Supra monui, Salomonem in fine huius cantici, respicere ad spirituale regnum Christi, quod expectabatur futurum longe amplius et maius, quam corporale regnum populi Iudaici fuit. Nec dubium est quin sermonibus communibus hec sepe et multum agitata sint, sed in eo error erat. Vulgus putabat, Christi Opinio Regnum corporale futurum esse, non intelligebat, sic deorum de Christum regnaturum per uerbum, ut tamen regna regno Christi mundi suum tenerent cursum.

stii.

Salomon igitur sic dicit: Si spectemus amplitudinem eius regni, quod per nouum testamentum Christi instituet. Tunc noster presens populus recte comit Christi. parabitur paruile pueræ, nondum habenti ubera, hoc est, nondum mature satis ad prædicationem Euangelij, per totum mundum spargendi.

Sed etiam querele significatio hic proposita est, ut hec sit ceu communis uox omnium prophetarum et sanctorum in populo legis, suspirantium ex carcere legis, in latitudinem Euangelij, ut Deus maturet promissiones de Christo factas, &c.

Quid faciemus forori nostræ? &c.

Insignis affectus animi acensi expectatione futuri Christi. Sicut Christus in Euangeli quoq; dicit: Amen dico uobis, multi reges et prophetæ uoluerunt uidere et audire, que uos uidetis et auditis, sed neq;

uiderunt nec audierunt. Ita hic Salomon in persona
omnium sanctorum. Quid faciemus? Q.d. Qualis &
quam iucunda illa temporū facies erit? Quod addit:

In die quando alloquenda est.

Pulcherrima & non obscura significatio est, re-
Regnum gnum Christi in uerbo tantum esse posatum. Non enim
Christi. dicit in die quo ornanda, in thalamum deducenda est,
sed alloquenda; nempe per apostolos & ipsum Chri-
stum, suauissima prædicatione Euangeliij, qua doce-
bitur de gratia Dei, & remissione peccatorum.

Q.d. Hodie non est dies alloquendi, sed tacendi.
Sumus enim adhuc in carcere legis positi, & quasi
scintillam procul uidemus, reuelandi uerbi, per quod
regnum Christi in totum orbem propagabitur. Iam
respondet, sed obscurissime.

Si murus est, ædificemus sub eum
propugnacula argentea.

Hæc satis uidentur monstrofa esse, quod sororem
comparat muro, quem uelit ornare argenteis turri-
bus, & ostio, quod uelit ornare cedrinis tabulis. Sed

Populus hic quoq; dicā sententiam meam. Miki uidetur quod
Dei compa comparet populum Dei quem sororem uocat, tempore
ratur muro re Euangeliij muro turrito. Per ministerium uerbi e-
turrito, nim, munitur Ecclesia, ceu muro, contra omnes falsas
doctrinas, etiam contra portas inferorum.

Quod

Quod autem meminit non unius sed plurium tur-
rium, seu propugnaculorum, quæ in huc murum collo-
care uelit, recte refertur ad ministeriorum uarieta-
tem, que in Ecclesia requiritur. Sicut Paulus ostendit Varietas
Ephes. 4. Commendat igitur in novo populo ministerio-
rum uerbi, & promittit se eum non deserturum, sed rū in Eccles
edificaturum, ut constituantur, ceu in speculis mini- fia.
stri, qui custodiant ciuitatem.

Si ostium est, compingamus illud ta-
bulis cedrinis.

Cedrus commendatur non solum ab odore, sed ab Cedrus.
eternitate quoq; non enim putrescit. Hinc illud Per-
sianum: Cedro digna locutus.

Ostium autem uocat doctores, seu catechistas in
Ecclesia, per quos quotidie ingrediuntur & egre- Ostium.
diuntur aliqui.

Murus igitur pertinet ad defensionem, ostium au-
tem ad doctrinam. Sicut Paulus quoq; hac figura uti= Murus.
tur. Ostium mihi magnum apertum est. Et significat
hec ipsa figura, incrementum Ecclesiæ, dum enim
quotidie prædicatur uerbum, semper aliqui noui acce-
dunt, quorū corda spiritu et amore Dei accenduntur.
Ego murus & ubera mea sicut turris.

Hec sponsæ uox est, iam mature. Ecclesia enim
post datum spiritum sanctum, & uerbum revelatum,

uerè murus est contra satanae et hæreticorum ins-
dias. Et habet ubera, turris in modum firma, quibus
docet, consolatur, erigit, &c.

Hæc autem doctrina et consolationes haec certissi-
mae et firmissimæ sunt, in quibus animi acquiescunt,
in alijs non acquiescunt, sicut experientia ostendit.

Ex quo facta sum coram eo, quasi
pacem inueniens.

Doctrina Vbi hæc duo sunt, recte docere et defendere con-
defensio. tra lupos, ibi necessario sequitur pax et tranquillitas.
Contra, ubi alterum horum aut ambo desiderantur,
ibi frustra expectatur pax.

Lex. Respicit autem oblique ad legem, ibi enim sub du-
ris imperijs exercebatur populus. Sed Euangelij do-
ctrina ueram pacem affert, ne corda dubitent de mis-
Euangeliū, sericordia Dei. Ac sane summa calamitas est, Deum
tacere et non loqui. Tanta nos hoc tempore decebat
Deū timere esse grauiores, post tantam lucem reuelatam.

Vinea fuit pacifico.

Interpres fallitur, utrumq; enim iudico proprium
nomen esse. Ut textus sic legatur.

Salomon habuit uincā in Baal hamon
Ut alterum personæ, alterū loci nomen sit. Quan-
quam Baal hamon nusquam alibi reperitur.

Sic autem coniungo hæc cum superioribus. Salo-
mon in

mon in fine cantici, ad finem populi, hoc est, ad regnum Christi respicit, in quo uerbum gratiae erat diuulgandum per totum orbem terrarum. Eius regni, quia reliquie Iudeorū initium fuere. Ideò totam Ecclesiam appellat suam vineam, & dicit eam esse in Vinea. Baal hamon, hoc est, in maxima multitudine & loco copiosissimo. Baal enim herum significat, & hamon Baal hamō multitudinem.

Vt consoletur populum suum, & spem faciat promissionum certe exhibendarum, quod quantumvis exiguum regnum, si ad alia gentium regna compares, sit seminarium futuri regni Christi, quod est regnum Regnum multitudinis, quia non loco, non personis certis, finitum est, sed est in omni loco, inter omnes, usq; ad finem mundi. Hæc sententia mihi magis placet.

Quanquam nihil impedit, quin accipias, ceu epilogum totius libri, ubi suum regnum commendat. Et quamvis coram mundo exiguum esset, tamen dicit amplissimum esse respectu uerbi Dei, ad hunc modum, quæ sequuntur ad externam administrationem referri possunt. Sicut historiae docent, Salomonē summa cura & studio administrasse regnum. Sed nos ob Euangeliū honorē, uolumus persequi spirituale regnum cuius ceu seminaria fuere populus Salomonis.

Tradidit eam custodibus.

Hæc uinea, non iacebit sine cultu neglecta, sed habebit cultores suos, apostolos, & altos ministros uebi, per quos spiritus sanctus uestris donis ornabit Ecclesias. Vir tradit pro fructu eius mille argenteos.

millenarius Numerus finitus est pro infinito. Quia autem mil
numerus. Ienarius numerus, est ultimus, significat custodes illos
uenire, cum plenissima mercede et amplissimis fructibus. Sic Petrus, Paulus, Ioannes, &c. custodes positi
hanc uineam cum maximo fructu coluerunt. Neque enim uerbum Dei potest sine omni fructu doceri.

Vinea mea coram me est.

Sic uinea hæc est mandata custodibus, ut tamen dominus ipse ea inspiciat. Sicut ille dicebat: Deus non condidit mundum, & abiit. Inspect, immo adest, cum ministeria obeuntur, et est efficax. Sic in politia non bene faciunt officium, qui non ipsi inspecti negotia.

Mille tui pacifici, & ducenti his qui custodiunt fructus eius.

Ego retineo proprium, mille tibi ô Salomon. De politia facilis sententia est: nam princeps est dominus omnium, qui autem principi locant operas, singuli pro merito ferunt mercedem.

Sed si ad regnum Christi & uerum Salomonem respicimus, non obscurum est, quid Ioannes dixerit:

De

De plenitudine eius accepimus omnes. Etsi enim ducentos habent custodes, hoc est, et si sancti sua dona habent, tamen Christus fons donorum omnium est.

Quæ habitas in hortis.

Hortos pluraliter uocat, aut politicè diuersos Horti. principatus Salomonis, aut spiritualiter Ecclesias. Est autem exhortatio, ut summa fide administrentur Ecclesiæ esse enim, qui omnia inspiciant & obseruent.

Fac me audire uocem tuam.

Postquam admonuit esse qui sponsam obseruent, etiam hoc monet, ne taceat, sed loquatur. Hoc enim reliquum est, ut uerbum Dei assidue exerceatur, ne aut fastidio, aut contemptu, aut odio uerbi, opprimamus. Sicut Iudei fastidiabant manna, & respiciebant ad ollas Aegypti.

Fuge dilecte mi.

Hic sponsa quoq; sponso ualedicit, & rogat, ut finiat istam captiuitatem legis, & liberam Euangeliū doctrinā in mundū, tanquam in uarios montes, spargat, & sit similis capreæ, non uno in loco subsistenti.

Ad hunc modum ego hunc librum intelligo de politia Salomonis, quod si erro, ueniam meretur primus labor. Nam aliorum cogitationes, longè plus absurditatis habent.

FINIS.

B 5

Eximio

EXIMIO VIRO D^r

IOANNI BRIESMANNO, SACRAE
Theologiae Doctori, ac Euangelij fidelissimo
preconi, Koningberge in Boruf-
sia. Domino & amico suo.

Vitus Theodorus.



Ratiam & pacem in Christo.
Recl^ee dicitur : Eis dat, qui cito
dat. Quare ego tardam hanc
gratiam non magnopere pre-
dico, quod ante annos aliquot
promissa Cantica nunc demum
ad te mitto. Etsi enim cuperem in hoc genere, tibi ho-
mini & de Ecclesia Christi præclarè merito, & re-
ctè sentient de communibus nostris studijs, gratifi-
cari. Tamen quia sententia breuius indicata erat, ue-
rebar ne tibi minus grata esset opera nostra. Et quo-
que spes erat, futurum, ut ab amicis qui nobiscum D.
Martinum Lutherum audierant, enarratio hæc locu-
pletior prodiret. Sed dum contantur illi, occupati alijs
laboribus, & tu nullum finem flagitandi facis, existi-
mavi melius esse, quantumuis breues sententias extar-
& pia summi Theologi enarratione, in librū, tum ob
genus

genus orationis, & figuræ obscurissimum tum ab alijs quoq; ineptis sententijs mire deprauatum.

Atq; hic diligenter officio suo functus est D. Venanzius claus, uir, & ob etatem ac sanctimoniam uitæ reue rendus, & mihi in ministerio Euangeliū coniunctus. Is enim cum à te rogatus esset, ut hanc operam à nobis exigeret, omnē lapidem mouit, ut quam primū tibi satisficeret, sepe dixi: Nimis hec esse exilia, quæ ego in meum usum ita signaram, ut insipienti statim ob oculos esset sententia.

Præterea non phas esse aiebam, uulgari hec sine consensu autoris. Qui cum soleat summa gravitate & singulari copia in enarratione scripturæ uti, ridiculum esse, sic breues sententias sub eius nomine in publicum emittere. Sed nulla ratio ei tanta esse uisa est, quin perpetuo urgeret, ut tibi satisfacerem. Nolui diuitiis homini amico & tuam causam agenti negare hoc officium. Si quid tamen à me peccatum est, nolo, ut solus eam culpam sustineas, feret eius partem quoque tam sedulus, monitor.

Opto autem mi Brismanne, ut hanc leuem operam nostram grato animo accipias. Etsi enim fieri non potest, quin sèpe ubiorem expositionem requiat lector. Tamen sententiam, sicut eam D. M. Lutherus per totū libellū indicauit, fideliter et clarè reddere

conatus

conatus sum. Fortasse fiet, ut alio tempore simili officio declarem uoluntatem & studium in te meum. Bene uale **oum** Ecclesia tua. Salutant te reuerenter fratres nostri, qui hic sunt in ministerio Euangeli.


Præcipue D. Venceslaus, tibi ob longam & iucundam consuetudinem gratissimus amicus. Datum Norimberge Calend. Augusti.

Anno,

M. D. XXXVIII.

BASILEAE,
APVD BARPTOLOMÆVM
VVESTH. ANNO,
M. D. XLIII.

зъ вълнъ въ
мъжко отъдълътъ
комъкъ възъмъ
зълъ вълнъ.



• 1430011

